BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
165
D
3
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

OPUSCULORUM
RECENTIORUM
PARS III.

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS CASPARI BARTHEL
Ss. Theologiæ & U. J. Doctoris,

Inſignis Eccleſiæ Collegiatæ ad utrumque S. Joannem in Haugis Decani, Reverendiſſimi & Celſiſſimi Epiſcopi & Principis Bambergenſis & Wirceburgenſis Conſiliarii Intimi & Eccleſiaſtici, Studii Univerſalis in Alma Wirceburgenſium Univerſitate Pro - Cancellarii, Facultatis Juridicæ ac totius Univerſitatis Senioris, ibidemque Ss. Canonum Profeſſoris Publici & Ordinarii, ac præfatæ Facultatis h. t. Decani

TRACTATUS
PUBLICO ECCLESIASTICUS
DE EO
QUOD CIRCA
LIBERTATEM
EXERCITII RELIGIONIS
EX
LEGE IMPERII, JUSTUM EST.

WIRCEBURGI,
Sumptibus Joannis Jacobi Stahel, Typogr. & Bibliopol.
a Celſiſſimo ſpecialiter Privilegiati.
Anno 1764.

Digitized by Google

Digitized by Google

PRÆFATIO.

DIſſertationi inaugurali Dogmatico-Canonicæ de eo, quod circa Libertatem in negotio Religionis ex Lege divina juſtum eſt, alteram Publico-Eccleſiaſticam de eo, quod circa Libertatem Exercitii Religionis ex Lege Imperii juſtum eſt, hic ſubnectimus, in qua reſtricto magis, ac priore egeramus, Themate uſi, non quid in univerſo Religionis negotio, ſed quid præciſe ſubditis diverſam à Domino ſuo Religionem profitentibus Libertatis ex Pace potiſſimum Weſtphalica acquiſitum fuerit, paulo curatius ſub incudem revocamus; Id quod Exercitii Religionis vocabulo in I. P. O. Art. V. §. 31. & ſqq. alibique paſſim denotatur. Quid enimvero Juris ac poteſtatis in ne-

Digitized by Google

gotio Religionis Statibus Imperii immediatis cum Jure Territorii & ſuperioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi competierit, latius jam in Diſſertatione noſtra de Jure reformandi Novo evolutum dedimus. Verum cum in ejusdem Art. VII. §. I. aliam quandam de anno decretorio edendam promiſerimus, nihil nobis, ut datam hancce fidem eliberaremus, opportunius videbatur, ac ſi præſentem Diſſertationem de libertate Exercitii Religionis, quod juxta cit. §. 31. Art. V. I. P. ex poſſeſſione in eodem anno decretorio habita probataque dirigitur, inſcriberemus.

Hoc Exercitium Religionis duplex eſſe ex eodem I. P. loco aperte dignoſcitur: Ibidem enim aliud *publicum*, *privatum* aliud compellatur. Utrumque & a *natura* ſeu *conditione* loci, ubi peragitur, & a *Ceremoniarum*, quibus fit, *ſolemniis* ac *celebritate* diſtinguitur. Quod proinde in loco publico, & cum ceremoniis publicis, veluti pulſu Campanarum, apertis templi foribus, cantu manifeſto & ſonantibus Organis, concionibus è ſuggeſtu recitatis, publicis per plateas proceſſionibus inſtitutis, deportato in conſpectu populi ad ægrotos ſacro Viatico, ſponſis, baptizandisque feſtivo ordine in Eccleſiam adductis reductisque; funerum pompis, & exequiarum ſepulturæque publicis honoribus, aliiſque ritibus a reſpectu, metuve aliorum liberis &c. celebratur, *publicum* audit. Quod vero privatas intra ædes ſine ſolennitatum ſtrepitu & oſtentatione, utut a Miniſtro ad hoc rite deſtinato vel ordinato, inſtituitur, contineturque, nec extra illas ædes in publico conſpiciendum ſe ritibus publicis præbere poteſt, *privatum* dicitur. Rurſus tamen utrumque

Digitized by Google

CONSPECTUS DISSERTATIONIS.

CAPUT I.

NUllam ſubditis inde ab initio ſic dictæ Reformationis uſque ad P. W. circa Exercitium Religionis libertatem lege ſaltem generali competiiſſe, oſtendit.

CAPUT II.

Poſt multas demum longasque concertationes, atque ſuperatas difficultates fere innumeras hanc libertatem ſubditis, qui in an. MDCXXIV. publicum vel privatum ſuæ Religionis Exercitium habuerunt, in P. W. per Artic. V. §. 31. conceſſam eſſe, è Tractatibus ejusdem Pacis recenſet.

CAPUT III.

Hanc Exercitii Religionis libertatem ultra P.W. conceſſionem, plus juſto & in præjudicium Domini Territorialis à Proteſtantibus hucuſque extenſam fuiſſe, allegatis variis factis & Exemplis declarat.

)(CAP.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Salva Exercitii Religionis libertate, quam per P. W. ex poſſeſſione in anno decretorio habita ſubditi obtinuerunt, Domino Territorii Jus reformandi, vi cujus ſimultaneum Religionis ſuæ Exercitium in eodem loco, quo A. MDCXXIV. non fuerat, poſſit introducere, ex I. P. W. competere, demonſtrat.

CAPUT V.

Vindicias ponit antecedentis Capitis adverſus Proteſtantium objectiones.

CAPUT VI.

De Tolerantia cæteraque libertate illorum ſubditorum, qui in anno MDCXXIV. nullum Religionis Exercitium habuerunt, concludit.

PRÆ-

Digitized by Google

CAPUT I.

Nullam ſubditis inde ab initio ſic dictæ reformationis uſque ad Pacem Weſtphalicam circa Exercitium Religionis libertatem lege ſaltem generali competiiſſe, oſtendit.

SUMMARIA.

I. *Thema hujus Capitis ex Jure reformandi libero atque illimitato Dominis territorialibus ante P. R. competente aſſeritur.*

II. *Tempore Pacis Religioſæ primum pro Nobilitate mediata, Civitatibus Anſeaticis, aliisque Statibus Provincialibus liberum Religionis exercitium Proteſtantes petierunt;*

III. *Sed ipſis à FERDINANDO Rege denegatum fuit.*

IV. *Et cum poſtea pro reliquis ſubditis non quidem exercitii,*

ſed

Digitized by Google

que ſecundum majus & minus, uti vocant, conſiderari poteſt, ut adeo ad naturam exercitii publici nequaquam requiratur, ut omnes iſti actus, ritusque recenſiti concurrant. Certis enim in locis quædam ſive lege, ſive pacto, ſive conſuetudine inhibita, imminuta, atque reſtricta ſunt, quin tamen exercitium Religionis publicum eſſe deſinat, quod eo ipſo, ac in loco publico, & ceremoniis publicis quibuscunque peragatur, adeſſe cenſetur. In privato pariter Religionis exercitio res ſic ſe habet, illudque eo magis vel minus privatum erit, quo minus vel magis coarctatur, ſive cum remotiori & minus publica ædium privatarum parte locus eidem, quem mutare non licet, eſt deſtinatus: ſive cum nulli, qui non eſt de familia, accedere ad cultum divinum ibidem concelebrandum permittitur.

Sunt, qui tertiam etiam Exercitii Religionis ſpeciem conſtituunt, illudque *privatiſſimi* nomine inſigniunt, quod tamen tum in actis & Protocollis, tum in ipſis etiam Tabulis P.W. non Exercitii, ſed Autonomiæ, libertatis conſcientiarum, vel devotionis domeſticæ vocabulo effertur, conſiſtitque in eo, quod quis domi devotioni ſuæ conſcientia libera, id eſt, ſine omni coactione, turbatione, & inquiſitione vacare poſſit.

Quemadmodum vero tum in Actis, tum in Inſtrumento P. W. ſubditi in claſſe duplici conſiderati fuere, actumque in utroque primo fuit, ac diſpoſitum de his, qui ante P. W. anno MDCXXIV. quacunque ejuſdem parte, ſive publicum, ſive privatum Religionis ſuæ Exercitium habuerunt, poſtea vero de iis, qui vel neutrum dicto an-

 no

Digitized by Google

XVI. *E gravaminibus item Legatorum Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ illuſtratur.*

XVII. *Demum quid ſpecialiter ratione reformationis Fuldenſis hiſce in Comitiis geſtum fuerit, enarratur.*

XVIII. *Fit generalis reflexio ſuper ea, quæ in modo dictis Comitiis de præſente Themate noſtro acta fuere.*

XIX. XX. XXI. *Quæ ſuper eodem in duobus poſtremis ſæculi decimi ſexti Comitiis geſta fuere, referuntur.*

XXII. *Interea ſubditis Auſtriacis Libertas Exercitii Religionis indulgetur,*

XXIII. *Non vero ſubditis Statuum Imperii, ratione quorum antiqua gravamina aliquoties innovantur.*

XXIV. *Motuum Bohemicorum initia referuntur.*

XXV. *Iis durantibus, quod hactenus verbis & calamo, jam ferro & armis, variante fortuna, agitur.*

XXVI. *Primitus ſors Catholicis lætior aſpirabat; Inde famoſum illud FERDINANDI Edictum reſtitutorium anno MDCXXIX. prodit.*

XXVII. *Verſa deinde belli alea, hoc Edictum Proteſtantium non animos tantum, ſed & arma exacerbavit.*

XXVIII. *Donec tandem in Comitiis Ratisbonenſibus de anno MDCXL. & MDCXLI., oblatis utrinque gravaminibus, conſilia pacis, quamvis tepide, cogitarentur,*

XXIX. *Et binæ civitates Weſtphalicæ Oſnabruga & Monaſterium pro Tractatibus Pacis conficiendis eligerentur, quorum initium anno MDCXLV. factum fuit.*

Digitized by Google

Quodſi prima illa, queis liberum Religionis Exercitium ſubditis, diverſam à Domino ſuo Religionem profitentibus, acquiſitum fuit, initia altius & ab ovo repetere allaboremus, tantum abeſt, ut ad prima pariter ſic dictæ reformationis tempora noſtris hiſce meditationibus abire liceat, ut potius in ipſa adhuc P. R. ejuſdem fundamenta plane nulla deprehendere queamus. Scilicet ſub prima illa ſic dictæ reformationis tempora Domini Territoriales Jus reformandi liberum & arbitrarium, nulliſque circumſcriptum limitibus ſibi vendicabant, quod non tantum in Jure Religionem novam introducendi, ſed & expellendi veterem, quin imo invitos etiam ſubditos ad recens introductam Religionem amplectendam compellendi conſiſtebat. Ab hoc ita vage & libere exercito reformandi Jure quoad ſuæ Religionis Exercitium ſubditi toti quanti dependebant; quique ſua ſponte Domini Religionem amplecti detrectabant, ad eandem vi metuque cogebantur, nonniſi ſummæ gratiæ loco reputantes, ſi confiſcatis omnibus bonis ſuis, patriis laribus, avitisque ſedibus ſuis extorres vitam ſecum miſeram, flebili ſane perpetui exilii beneficio, auferre potuerint. Sic ſtantibus vero hiſce, quid niſi fruſtraneus ac omnino inutilis labor foret, ſiquam, quoaduſque hæc Juris reformandi facies apparuit, ſubditorum circa Exercitium Religionis libertatem diuturniore inveſtigatione detegere conaremur, quos nequidem diverſam à Domino ſuo Religionem ſectari, plenaria ejusdem quoad Jus reformandi poteſtas patiebatur.

II.

Digitized by Google

II. Ab hac autem veluti prima epocha dum ad Pacem uſque Religioſam devolvimur, crebriores equidem ex parte Proteſtantium pro libero & publico non tam omnibus & quibuscunque ſubditis, ſed Nobilitati mediatæ, Civitatibus Anſeaticis, aliiſque Statibus Provincialibus, ac Landſaſſiis indulgendo Religionis Exercitio petitiones factas fuiſſe, ex ejuſdem Actis publicis apparet; eiſdem tamen quodammodo in ipſa Pace delatum fuiſſe, nullibi tam in illius Actis, quam ipſo tenore conſpicitur. In ipſo pacis limine §. Und damit ſolcher Fried ꝛc. ſolis *Imperii* Statibus A. C. addictis ab Imperatore & Statibus Catholicis libera & inimpedibilis facultas atque poteſtas circa novæ Religionis exercitium tanta cum criſi & exactitudine conceſſa fuit, ut, cum in prioribus quibusdam hujus §phi conceptibus tantummodo *Status* ſine addita voce *Imperii* exprimerentur, in verbis: So ſollen die Kayſerl. Majeſtät, Wir, auch Churfürſten, Fürſten, und Stände des Heil. Reichs keinen Stand von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion, und deroſelben Lehr, Religion und Glaubens halber mit der That gewaltiger Weis überziehen, beſchädigen, vergewaltigen ꝛc. indeque vero juſte timeretur, ne quondam verba hæcce generaliora non de ſolis *Imperii* Statibus intelligerentur, ſed ad Status quoque Provinciales larga nimis interpretatione extenderentur; FERDINANDUS Rex Roman. die XXX. Auguſt. anni MDLV. ad debitam hujus §phi intelligentiam poſt verba: Keinen Stand genitivum des Reichs addi juſſerit, curaveritque, quatenus ita de ſolis Statibus Imperii immediatis hic §. intelligeretur, nullusque talis Status] immediati ſubditus ex

eo, quod Status provincialis ſit, anſam deſumere poſſet, Domino ſuo Territoriali ſub ſpecie A. C. reſiſtendi; indeque primum novi motus & controverſiæ ſuborirentur, utrum de ſolis Imperii, an vero de Statibus etiam Provincialibus dicti §phi explicatio eſſet facienda.

Conſ. LEHMAN. *de Pac. Rel. Lib. I. Cap. XVI. pag.* 33. *verſ.* Dergleichen laſſen es ꝛc.

III. Et vero cum ipſis ſuis ulterioribus poſtulationibus Proteſtantes ſat claro manifeſtarent, quo demum citatum hactenus P. R. §phum extendi vellent, inſtarentque apud Regem FERDINANDUM, ut in hoc §pho Nobilitas quoque, ſicut cœteri Status comprehenderentur, proindeque & illis contra Statuum Imperii tanquam ſuorum Dominorum voluntatem liberum quoque religionis ſuæ Exercitium indulgeretur, reſpondebat ille inter alia, primum quidem tam inſolitas Proteſtantium poſtulationes valde miratus, Nobiles mediatos, Landſaſſios, Civitates, ſubditos, adverſus Principes & Dominos ſuos, eorumque Ordinationes in vigorem Pacis publicæ profanæ, hac Pace Religioſa §pho immediate antecedente jam confirmatæ, neque petita hac hujus §phi extenſione, neque aliis viis protegi ac defendi poſſe aut debere.

Vid. LEHMAN. *cit. loc. & pag. verſ.* Darob haben ꝛc. *præſertim circa finem.*

Indeque etiam factum fuit, ut poſitis & expreſſis in Pacificationis tenore clariſſimis verbis: Keinen Stand des Reichs, omnis Nobilium mediatorum, Civitatum Anſeaticarum, aliorumque Statuum Provincialium mentio penitus omitteretur.

IV.

IV. Quid ? quod cum iidem Proteſtantes poſtea die V. Septembr. ſupra cit. anni non tantum pro dictis Civitatibus Anſeaticis, Nobilibus etiam mediatis, aliisque Statibus Provincialibus, ſed pro ſubditis quibuscunque A. C. ſe addicere cupientibus, ſi quiete & pacifice vixerint, atque ab Exercitio Religionis publico abſtinuerint, tolerantiam, autonomiam ſeu conſcientiarum libertatem efflagitarent;

Vid. Lehman. *de Pac. Rel. Lib. I. Cap. XVII. pag.* 37. *verſ.* Gleichwie aber auch ꝛc.

Rex FERDINANDUS, ſe potius omnes pacis tractatus abrupturum, quam huic poſtulationi conſenſurum, teſte Francisco Burgkard in ſua Autonomia pag. 355., declaravit; quemadmodum id jam antecedenter die 3. April. ejuſdem anni declaraſſe legitur, confirmaturque in der Antwort und Gegenbeſchwerden der alten catholiſchen Religion zugethaner Churfürſten und Stände

apud de Mejern. *Act. P. W. Part. II. pag.* 555. in verbis:

Wie dann auch den 3ten Aprilis vorhero Ihro Majeſtät ſich erkläret, daß Sie die Extenſion des Religions-Friedens auf die Unterthanen keinesweegs könnten eingehen, ehe wolten Sie alle Handlung miteinander zerſchlagen laſſen. Tandemque per §phum P. R. Wo aber unſeren ꝛc. iiſdem diverſam à Domino ſuo Religionem profitentibus nonniſi beneficium emigrationis, & quidem, prout infra demonſtrabitur, neceſſariæ, ſervatis de reliquo ſervandis, conceſſum fuit; quo tamen flebili ſane beneficio haud indiguiſſent, ſiquod liberum ſuæ Religionis, ab ea, cui Dominus adhærebat, diſſentientis Exercitium ullo Pacis loco nacti fuiſſent.

V. Soli Cives & Incolæ liberarum ac Imperialium Civitatum ab hac communi ſubditorum omnium regula excipiebantur, qui, *ut pacifice & quiete cohabitent, & neutra pars alterius Religionem, ritus Eccleſiaſticos, Ceremonias abrogare, aut ad easdem deſerendas cogere intendat, ſed utraque pars alteram in ſua Religione, Fide, ritibus, Eccleſiaſticis Ordinationibus, item poſſeſſionibus & bonis, omnibusque cœteris pacifice ac quiete permanere ſinant,* vigore §phi Nachdeme aber in vielen ꝛc. ſtatutum, ordinatum & inſtitutum fuit. Quæ ſane exceptio cum procul dubio in caſibus per expreſſum Pacis tenorem non exceptis regulam confirmet, nihil plane ſubditis circa liberum Religionis ſuæ Exercitium hac in pace acquiſitum fuiſſe, absque omni longiore deductione jam ſatis apparet.

VI. Quodſi demum ex adductis hactenus indubitatum plane evadat, Jus Dominorum reformandi in hac Pacis Religioſæ ætate velut in ſecunda ſua epocha conſideratum, utut amiſſo tertio compulſionis effectu, duplici tamen hoc Jure & charactere, expellendi ſcilicet veterem, ac introducendi novam Religionem adhucdum conſpicuum fuiſſe; *Conſ. noſtra Diſſert. de Jur. Reform. nov. Art. I.* §§. IX. & X.; fieri ſane per rerum naturam haud aliter potuit, quam ut omne circa Exercitium Religionis adornandum & habendum arbitrium ſolis iisdem Dominis competierit, adverſus quod ſolo emigrationis beneficio conſulere ſibi ſubditi poterant, nullo prorſus alio Jure aut præſidio pro libertate & commodis ſuæ Religionis hac ex Pace ipſis remanente.

VII. Ita nimirum ipſo Pacis Religioſæ tempore circa

circa Religionis Exercitium res comparata erat; neque etiam aliter ſeſe viginti intra poſt eandem annos habebat. Ipſimet Proteſtantes, cum in Comitiis Imperii de anno MDLIX. die XI. Auguſti hoc inter alia gravamen offerrent, quod a Catholicis in reformatione Monaſteriorum, Collegiorum, aliorumque Statuum Provincialium ſuæ Jurisdictioni Territoriali ſubditorum per mandata præſertim a Judicio Cameræ Imperialis edita impedirentur, haud alio ſui hujuſce gravaminis fundamento uſi erant, ac eo, quod in Pace Religioſa ſolis *Imperii* Statibus Libertas Religionis conceſſa fuerit; ſubditi econtra, cujuſcunque demum conditionis ſint, Dominorum ſuorum religionem ſequi deberent; ibi: Zudem ſolcher Religions-Friede immediate auf die Reichs-Stände geſtellet, mit der weiteren und ſonderbaren Erklärung, daß der Chur- und Fürſten, auch anderer weltlichen Herrſchafften und Obrigkeiten unterworffene und hintergeſeſſene Land-Stände des Reichs Ständen in der Religion nachfolgen.

Conf. Der Churfürſten, Fürſten und Ständen der Augſpurg. *Confeſſion* Verwandt *Gravamina*, ſo ſie der Kayſerl. Majeſtät am 12ten May übergeben anno MDLIX. apud LEHMAN. *Lib. II. de Pace Relig. pag. præſertim* 80. & 82.

In Comitiis de A. MDLXVI., mortuo jam ante biennium ferme FERDINANDO, ſub MAXIMILIANO II. celebratis ſat equidem copioſi in producendis ſuis Gravaminibus Proteſtantes fuerant; quidquid tamen in iiſdem pro ſubditis flagitare & impetrare conabantur, unice illorum autonomiam & conſcientiarum libertatem concernebat; de quodam vero libero Religionis Exercitio iiſdem ſive

per

per P. R. jam acquiſito, ſive poſt eandem hactenus turbato, ſive impoſterum concedendo, nec vola nec veſtigium ibidem deprehenditur.

Conf. Gravamina der Augſpurg. *Confeſſion* Verwandten Stände auf dem Reichs-Tag zu Augſpurg *anno MDLXVI.* apud LEHMAN. *Lib. II. de Pac. Rel. Cap. IV. potiſſimum circa finem pag. ſcilicet* 102.

VIII. Verum, qua hactenus perrexerunt, viam deſeruere poſthac Proteſtantes inde ab anno MDLXXV. (vicennium à condita P. R. elapſum erat) ſuis nimirum convenientiis alia ſuadentibus. Quippe cum aliquot abhinc annis Archiepiſcopus præcipue & Elector Moguntinus, BALTHASAR item Abbas Fuldenſis, ille in terris Eichsfeldicis, hic in Territorio ſuo Fuldenſi Nobilitatem Landſaſſicam, alioſque ſubditos A. C. addictos reformare cœpiſſent; declarationem quandam, ad hunc equidem uſque diem plane incognitam, producere non dubitaverunt Proteſtantes, quam ceu Appendicem quandam à Rege FERDINANDO Paci Religioſæ, pridie ejuſdem ſolennis publicationis, die nimirum XXIV. Septembris adjectam, in eaque Nobilitati, Civitatibus & ſubditis A. C. addictis ſub Domino Eccleſiaſtico degentibus liberum Religionis Exercitium, prout à longo tempore uſque ad diem conventæ P. R. habuerunt, porro quoque conceſſum fuiſſe, ferebant.

Vid. *dicta declaratio ſecundum integrum ſuum tenorem apud* LEHMAN. *Lib. I. de P. R. Cap. XXIV. pag.* 55.

IX.

IX. Prætenſa hæc declaratio ut regiæ poſthac Cæſareæque Capitulationi, pro firmiori ſui executione, insereretur, in Conventu Electorali Ratisbonæ die XV. Octobr ſuprarelati anni habito Electores Proteſtantes, ac inter eosdem præcipue LUDOVICUS Comes Palatinus Patris ſui Electoris Palatini nomine huic Conventui præſens, petiere; Cui tamen petito, ſicut & ipſi declarationi, illico ſeſe Electores Catholici oppoſuere, dicentes, ſuos aliorumque Principum Eccleſiaſticorum Conſiliarios ac Legatos Paci Religioſæ præſentes adhuc in vivis exiſtere, de hac tamen declaratione à Rege FERDINANDO prætenſe facta illis nec quidquam conſtare; eam proinde in reliquorum Principum Eccleſiaſticorum præjudicium, citra eorum exquiſitam voluntatem ac conſenſum, Capitulationi Regiæ modo adornandæ haud inſeri poſſe.

Conf. Der geiſtl. und weltlichen Churfürſten *Diſputat*, und Mißhelligkeit wegen Kayſer *FERDINANDI Declaration* und Erklärung über den Religions-Frieden, und dargegen verübten Beſchwehrungen apud LEHMAN. *Lib. II. de Pac. Rel. Cap. XV. pag.* 124.

Cum vero diviſi adeo inter ſe Electores Catholici & Proteſtantes, hac ſuper re convenire haud poſſent, MAXIMILIANUS Imperator die XXI. Octob. ejuſdem anni dictam Declarationem e præſenti RUDOLPHI Regis Romanorum eligendi Capitulatione omittendam, motamque de eadem controverſiam in proxime futuris Comitiis decidendam eſſe, decrevit.

LEHMAN. *cit. loc. Cap. XV. pag.* 129. *verſ.* Endlich den 21. Octobr.

X. Comitia hæc anno inſequenti MDLXXVI. Ratis-

bonæ itidem convocata atque celebrata fuere. In iis plus una vice ſæpe dictæ declarationis Ferdinandeæ valorem, ejusdemque in receſſum Imperii inſertionem, mutatis etiam hanc ob cauſam, quibus tamen in Comitiis antecedentibus firmiſſime innitebantur, principiis, Proteſtantes urſerunt. Hic enimvero mirifice extollere ſtudebant, Pacem Religioſam non tantum inter Status & ad pacem inter eos conſervandam, ſed & pro *ſubditorum* bono ac tranquillitate adverſus Dominos ſuos transactam atque conventam fuiſſe;

Vid. Lehman. *Lib. II. de Pac. Rel. Cap. XVII. pag.* 130. *in princ. Cap. XXIX. pag.* 143. Verſ. aber der ander Theil. *& alibi paſſim.*

Cum tamen antehac, & notanter quidem in ſuprarelatis (§. VII.) Comitiis de anno MDLIX. ſolennius nihil haberent, inculcarentque magis, ac Pacem Religioſam immediate ad ſolos Status pertinere, ſubditos econtra Dominorum ſuorum Religionem ſequi debere.

XI. Decrevit nihilo minus ad repetitas haſce Proteſtantium inſtantias, binisque vicibus declaravit Imperator, primo quidem die XXV. Auguſti, IX. poſtmodum Septembris, Pacem Religioſam, ſicut in præcedentibus Receſſibus factum fuit, ita & hic quoque, abſque omni declaratione pér ipſum Pacis tenorem annullata, confirmandam, eam citra unius alteriusve partis voluntatem, abſentibus præſertim pluribus Statibus, nullibi mutandam, neque demum neceſſarium eſſe, ut Ferdinandea Declaratio Receſſui insereretur &c.

Vid. Lehman. *Lib. II. de Pac. Rel. Cap. XXVI. pag.* 140. *& Cap. XXXV. pag.* 172.

cui

Digitized by Google

cui Decreto adeo conſtans inhæſit Imperator, ut iſtud menſe Octobri inſequenti paucis ante obitum ſuum diebus noviter denuo confirmaret; quin & ipſi demum Proteſtantes adeo ſeſe eidem ſubdidere, ut confecto poſtmodum Receſſui Imperii, retenta ſolum & confirmata noviter Pacis Religioſæ litera, Appendix Ferdinandea intacta prorſus relinqueretur.

Lehman. *cit. loc. Cap. XXXVIII. & XXXIX.*

XII. In Comitiis Auguſtanis de anno MDLXXXII. ſub RUDOLPHO II. celebratis à principio ſtatim Electores Proteſtantici, Saxo quidem AUGUSTUS in perſona, Palatinus vero & Brandenburgicus per ſuos Legatos amico inter ſe habito colloquio conveniebant, à prætenſa hactenus Declaratione Ferdinandea impoſterum abſtinendum eſſe, ſatius fore, credentes, ſi per familiares & amicas interceſſiones Status Eccleſiaſtici eo inducerentur, ut ſubditos alienam à ſua Religionem profitentes mitius benigniusque haberent, iiſdemque per *conniventiam* ſaltem ad prævias haſce interceſſiones liberum ſuæ Religionis Exercitium indulgerent.

Lehman. *Lib. II. de Pac. Rel. Cap. XLIV. pag.* 187. *verſ.* fürs andere ꝛc.

cui tamen Electorum placito mox toto ſeſe zelo Principum Proteſtantium Legati oppoſuere, multis demonſtrare conantes, hanc Ferdinandeæ Declarationis deſertionem ſine manifeſtiſſimo rei ſuæ Evangelicæ præjudicio fieri haud poſſe.

Vid. Lehman. *loc. cit. pag. cit. verſ.* Nach ſolcher Berathſchlagung *uſque ad finem.*

XIII. Tentarunt nihilominus, inſuper habita hac Prin-

cipum contradictione, Electores Proteſtantici placitam ſibi viam amicabilem cum Electorum Eccleſiaſticorum Moguntini, Trevirenſis & Colonienſis Conſiliariis, atque apud eoſdem in conformitate præhabiti ſui colloquii pro libero Religionis Exercitio ſubditis ſuis per *conniventiam* concedendo in Conferentia modeſtiæ & humanitatis pleniſſima de die II. Auguſti interceſſere;

Vid. apud Lehman. *loc. cit. pag.* 191.

a dictis vero Electoribus Eccleſiaſticis, eorumque reſpective Conſiliariis id reſponſi tulerunt, negotium hoc, velut a cujuslibet loci poteſtate ac Superioritate Territoriali omnino dependens, nunquam non conſideratum fuiſſe, atque eos, qui hac gauderent, ad provinciarum ſuarum conſervationem, Civitatumque, & ſubditorum ſalutem haud aliud acturos ac diſpoſituros eſſe, quam cujus Deo ac Cæſareæ Majeſtati tanquam ſupremo Imperii Capiti rationem exactiſſimam reddere poſſent.

Vid. *Reſolution* der Churfürſten Maynz, und Trier ſamt Chur Cölln. Räthen auf die fürgeſezte mündliche und in Schrifften *communicirte Conferenz* über der Augſp. Confeſſion Verwandten *Gravamina* apud *cit.* Lehman. *pag.* 193. *verſ.* Fürs ander ꝛc.

XIV. Quod vero pro Statuum Eccleſiaſticorum ſubditis in vim Declarationis Ferdinandeæ, & *per viam Juris* quæri hactenus voluit, illud *rogando & intercedendo*, aliisque viis pro Statuum quoque ſæcularium, nonnullarum præſertim Civitatum Imperialium adhuc pure Catholicarum ſubditis, his ipſis in Comitiis poſtulabatur. Illuſtres ſunt in Hiſtoria Imperii exorti circa hæc tempora motus Aquisgranenſes. Hujus enim hactenus

pure

pure Catholicæ Civitatis Incolæ complures cum Belgarum eo exulantium moribus, diuturnaque familiaritate ad novam Religionem amplectendam pertracti eſſent; ejuſdem quoque exercitium publicum à Senatu petierunt. Quod etiamſi negaretur, nihilominus ad ſacra ſua publice exercenda convenere. Qua re ad Imperatorem delata, à Commiſſariis ejuſdem authoritate conſtitutis novæ hujus Religionis exercitium aboleri, ſolaque Sacra Catholica reſtaurari ac retineri cœperunt. Ipſemet etiam Imperator crebris literis Senatui mandabat, ut Sectarios Concionatores quam primum urbe pellerent, & antiquam Legem de non eligendo in Senatum, niſi Catholicæ Religioni addicto, conſtanter ſervarent. Inde motus, inde Gravamina à Civibus Proteſtanticis cœterorum A. C. Principum & Ordinum interceſſione ſuffulta (quæ Documentis

apud Lehman. *loc. cit.*

recenſitis ſparſim inſerta videri poterunt) tam in hiſce, quam in ſubſequentibus Comitiis oblata fuere, donec tandem re in Judicio Imperiali cognita anno MDLXXXXIII. Menſ. Auguſt. Sententia adverſus Cives novæ Religioni addictos pronuntiaretur. Ita, ut omnia ſecundum ſtatum anni MDLX. reſtituerentur, nihil in Religione innovaretur, Catholicæ ſolum Religionis in Magiſtratu eligendo ratio haberetur &c.; cujus tamen ſententiæ executio in Comitiis anni ſubſequentis MDXCIV. ad tempus adhuc fuit ſuſpenſa.

Conf. Struvii *Corp. Hiſt. Germ. Period. X. Sect. VII.* §. *XII.*

Sed demum, poſt repetitam anno MDXCVIII. Menſ. Julio Sententiam, anno MDCV. Menſ. Febr. media hyeme Proteſtantes ex urbe ejecerunt.

Struvius *loc. cit.* §: *XXI.*

XV.

XV. Non minoris conſiderationis erant turbæ Colonienſes, conferente non parum GEBHARDO TRUCHSESSIO, a Civibus novæ Religioni ſe addicentibus ſufflaminatæ; qui dum in iiſdem hiſce de anno MDLXXXII. Comitiis de denegato ſibi Religionis, contra Pacem, ut prætendebant, Religioſam, exercitio gravamina offerrent; Status A. C. addicti eorum patrocinium ſuſcipientes die XXVII. Auguſti ejuſdem anni MDLXXXII. ad Civitatem Colonienſem literas interceſſionales exarabant, in quibus pro ejuſdem Civitatis ſubditis Liberum Religionis exercitium rogabant.

Conf. Interceſſion e Schreiben deren Stände Augſpurg. *Confeſſion* an die Stadt Cöllen für derſelben Evangeliſche Bürger, apud LEHMAN. *cit. Lib. II. pag.* 198.

Verum nonniſi dilatorio reſponſo ab eadem Civitate accepto, quod videri poteſt,

apud LEHMAN. *de Pac. Rel. Lib. II. Cap. LIV. fol.* 200.

interceſſiones haſce apud ipſummet Imperatorem repetiere, qui delata ad ſe hoc ſuper puncto Civitatum Catholicarum gravamina Statibus Proteſtantibus communicavit; in quibus & de ſuſcepto contra diſertam Pacis Religioſæ prohibitionem alienorum ſubditorum patrocinio acerrime conquerebantur, & pro firma ejusdem Pacis Religioſæ quoad inhibendum in Civitatibus immediatis pure Catholicis alienæ Religionis exercitium manutenentia eidem Imperatori ſupplicabant.

Vid. apud LEHMAN. *cit. loc. Cap. LVII. pag.* 203.

Et quamvis poſtea Status Proteſtantes ſuam adverſus haſce Catholicorum ſupplicationes, ſibi ab Imperatore com-

communicatas, replicam eidem Imperatori repetitis vicibus Die III. & XI. Septembris offerrent;

Conf. Lehman. *loc. cit. fol.* 204. *ſqq.*

fruſtra tamen aliam in ſui favorem Imperatoris Sententiam in hiſce Comitiis ad finem jamjam vergentibus exſpectarunt.

XVI. Deprehenduntur quoque oblata hiſce in Comitiis a trium Ducatuum Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Legatis A. C. addictis de turbato Religionis exercitio gravamina, quod tamen jam inde a FERDINANDO I. Imperatore, vel ſaltem longo ſatis, ut ajebant, tempore poſſeſſum per novas etiam moderni Archiducis CAROLI Auſtriaci commiſſiones tum literales, tum orales, & titulo quidem oneroſo, ſibi obtentum fuiſſe contenderunt. Quam ob rem tum apud ipſum Imperatorem, tum apud Status Proteſtantes hiſce in Comitiis præſentes inſtitere, quatenus utrinque pro turbatæ Religionis ſuæ exercitio recuperando, atque impoſterum retinendo ad Archiducem CAROLUM intercederetur.

Conf. Lehman. *loc. cit. a pag.* 207. *ſqq.*

XVII. Quæ demum in hiſce Comitiis ſequeſtrata jam & per Commiſſarios Cæſareos adminiſtrata Abbatia Fuldenſi nova adverſus eosdem Commiſſarios Cæſareos de facta in terris Fuldenſibus reformatione gravamina redibant, non tam Edicto Ferdinandeo innitebantur, quam ad *longum* jam inde a XL. annis *uſum*, ad ſpeciales antecedentium Abbatum *Conceſſiones*, ad ipſius denique

Abba-

Abbatis Belthasaris factam ſub initium ſuſceptæ Abbatiæ ratihabitionem provocabatur

Conf. Lehman. *loc. ſæpe cit. Cap. XLV. & XLVI.*

Ad quæ vero hanc dedit ſententiam Imperator, ſe equidem haud aliter ſcire, quam quod a Deputatis eo Commiſſariis Cæſareis illa circa Reformationis negotium acta hactenus diſpoſitaque fuerint, quæ forte ab aliis etiam Electoribus & Principibus citra vicinorum exquiſitam voluntatem in ſuis Territoriis fieri ſolent, & quæ Abbas quilibet, ſi ipſe præeſſet, tanquam Princeps & Status Imperii abſque juſto ſubditorum gravamine in vim Pacis Religioſæ agere poſſet.)

Vid. Lehman. *cit. loc. pag.* 202. Was aber fürders ꝛc.

XVIII. Ex iis autem, quæ hactenus recenſita fuere, ſat pronum evadit, a Proteſtantibus hiſce in Comitiis præter Ferdinandeam declarationem ad alios quoque pro impetrando ſubditis diverſæ a Domino ſuo Religionis exercitio titulos, puta antecedaneas Dominorum conceſſiones, vel gratuitas vel oneroſas, diuturnum hactenus uſum & obſervantiam &c. provocatum; atque in vim horum non tantum pro Statuum Eccleſiaſticorum, ſicut antecedenter factum fuerat, ſed & aliorum Sæcularium, quales utique & Sereniſſimus Archidux Auſtriæ CAROLUS, & civitas Imperialis Colonienſis fuerant, ſubditis novæ ſuæ Religionis liberum exercitium, quamvis modeſtiore nonnihil *Interceſſionis* vocabulo, quæſitum fuiſſe.

XIX.

Digitized by Google

XIX. Id quod etiam in duobus poſtremis hujus ſæſæculi decimi ſexti Comitiis, anno MDXCIV. & MDXCVIII. ſub eodem RUDOLPHO II. Imperatore habitis, continuatum fuit, Proteſtantibus priora ſua poſtulata & gravamina ibidem recoquentibus; quippe in ſuis gravaminibus die XVI. Junii ejuſdem anni MDXCIV. oblatis Declarationem imprimis Ferdinandeam novis inſtantiis urgebant, in verbis

apud LEHMAN. *loc. ſæpe cit. pag.* 219. *ſub fin.*

relatis: So will man auch ... die Declaration des Religion-Friedens, ſo Weyland Kayſer FERDINAND Hochlöblichſter und chriſtmilder Gedächtnus unter Ihro Kayſerliche Majeſtät Hand, und Siegel gegeben, als unkräftig anziehen, und deuten, bey welcher Kayſerl. Erklärung die Stände Augſpurg. Confeßion ſich nochmahls zu erhalten und zu ſchätzen, und hiebevorgeſezter Beſchwehrungen allergnädigſt zu erledigen bitten. Quam tamen declarationem Catholici antiquis ſuis principiis inſiſtendo impugnabant, atque conſtanter detrectabant, prout videre eſt in der Catholiſchen Stände Ablaynungs-Schrift

apud LEHMAN. *loc. cit. pag.* 228. *verſ.* Und obwohl 2c.

XX. Accuſabant porro cit. LEHMANNI loco pag. 218. Proteſtantes nimiam Civitatum quarundam Imperialium adhuc pure Catholicarum, veluti *Colonienſis*, *Gamundanæ*, *Weilenſis*, & *Kauffburanæ* &c., in denegando ſuis Civibus A. C. addictis libero Religionis exercitio, tenacitatem, utut multis hactenus pro eodem concedendo precibus atque interceſſionibus fatigarentur. Replicabant econtra

D Ca-

Catholici inprimis claram P. R. §. Nachdeme aber ꝛc. diſpoſitionem, vi cujus ſolis Civitatibus mixtis, hoc eſt, in quibus jam inde ab aliquo tempore utraque Religio, & antiqua, & Auguſtana Confeſſio in uſu ac obſervantia fuerat, non vero pure Catholicis Jus reformandi inhibebatur; in cujus rei confirmationem ipſam quoque Civitatum aliarum, ſoli A. C. addictarum, nullumque Catholicum civem tolerantium, praxin adjiciebant in verbis: Die Stadt Cöllen, oder auch andere Städt, als Gemünde, Weyl. ꝛc. . . . thuen auch nicht mehr, als was von der anderen Confeßion-Verwandten vielen unterſchiedlichen Städten geſchicht, da keiner als zur Augſpurgiſchen Confeßion Geſchworner zum Burger angenommen, kein Catholiſcher gedultet, ſondern zu allen Aemtern und Ehren für untüchtig erachtet, auch von männiglich angefeindet, jämmerlich verfolget, zum Land hinaus gewieſen werden, deſſen man, wo nöthig, in guter Anzahl viel Städt und Oerter derſelbigen Confeßion erzehlen könnte.

Conf. ſupracit. der Cathol. Stände Ableynungs-Schrifft, apud *cit.* Lehmann. *pag.* 227. *circ. fin.*

XXI. Ad haſce Catholicorum literas, Comitiis anni MDXCIV. ad finem vergentibus, ſua primum Reſponſa Proteſtantes in Comitiis anno MDXCVIII. celebratis dedere, quæ tamen cum teſte

Lehman. *loc. cit. Cap. LXVIII. pag.* 238.

ad præveniendas, avertendasque majores exacerbationes ab Imperatore ſupprimerentur, nihil poſthac ex parte Catholicorum uſque ad Comitia de anno MDCXIII., illis

quæ

Digitized by Google

quæ anno MDCVI. celebrata fuere, vix non in ipſo limine diſſolutis, obmotum fuit;

XXII. Dum interea temporis, anno nimirum MDCIX. die XIX. Martii ſubditis Auſtriacis liberum A. C. exercitium invitus MATTHIAS Imperatoris frater concedere cogeretur; ſicuti etiam Status Bohemici ab ipſo Imperatore, utut improbo ſatis labore impenſo, & nonniſi ſoluta prius ingenti ſumma pecuniæ, die XII. Julii ejusdem anni ſic dictas literas Majeſtatis ſuper libero religionis Proteſtanticæ exercitio aliiſque obtinuere; id quod Sileſiacis quoque die XX. Auguſti ejuſdem anni per ſpeciale diploma conceſſum fuit.

Vid. THEATR. EUROP. *I. Th. pag.* 18.

XXIII. In Territoriis vero Statuum, quamvis forte nonnulli ex Ordinibus Imperii ſubditis ſuis quoad Exercitium Religionis liberiora vel per pacta & conceſſiones expreſſas, vel tacite ſaltem connivendo indulgerent, antiqua tamen à Proteſtantibus adverſus Catholicos gravamina continuata fuere, tum Legatione CHRISTIANI Principis Anhaltini, communi Principum Statuumque Proteſtantium nomine, ad Imperatorem anno MDCIX. Pragam facta, tum literis eorundem Proteſtantium unitorum ita dictorum gravamina exhibentibus è Conventu Halenſi ad eundem Imperatorem A. MDCX. die XXVII. Januarii datis,

Conf. LONDORP. *Act. publ. Tom. I. pag.* 154. *pag.* 81. & 87.

tum denique primis MATTHIÆ Imperatoris Comitiis anno MDCXIII. Ratisbonæ celebratis, in quibus ab ini-

tio equidem de turbato & impedito, contra Ferdinandeam præcipue Declarationem à Catholicis conſtanter hactenus repudiatam, ſubditorum Religionis exercitio Proteſtantes querebantur;

Vid. Lehman. *loc. ſæpe cit. pag.* 260. *verſ.* Und erſtlich ꝛc.

omiſſis tamen in decurſu Comitiorum ſpecificis hiſce aliiſque de ſeparatis P. R. articulis gravaminibus ad generaliora potius, de iniquis & partialibus ſupremorum Imperii Dicaſteriorum adverſus Proteſtantes, in cauſis præſertim Religionem concernentibus, ſententiis, de eorundem aggredienda reformatione, de efficacibus ad tollenda toties repetita gravamina mediis parum adhibitis & neglectis &c. confugere.

Vid. *Act. horum Comitiorum paſſim recenſita* apud Lehman. *Lib. II. à Cap. LXXV. ſeq.*

XXIV. Non multos poſt annos in Bohemia Catholicos inter & Proteſtantes internecina diffidia orta fuere. Hi nimirum literis Majeſtatis ſibi antehac à RUDOLPHO II. Imperatore conceſſis nixi, nova hinc inde templa exſtruebant. Tale præſertim Cloſtergrabii, qui locus ad Archiepiſcopum ſpectabat, invito eodem erigebatur; ſed, cum per MATTHIÆ Imperatoris ſententiam cauſa cecidiſſent, Archiepiſcopus, collectis operariis, templum ſolo æquavit, totumque Religionis Exercitium interdixit. Simile templum conſtruxerant ſub ditione Abbatis Braunovienſis, eo invito inconſultoque, ac nova quotidie Decreta ſanciente, quibus, ut ab opere abſtinerent, fanum clauderent, & claves Senatui Regio Pragenſi deferrent, jubebantur; quod cum facere renuiſſent, cives aliquot Pragam abducti in carcerem conjiceban-

ciebantur, è quo ut rurſus liberarentur, Bohemorum Proceres *ſub utraque* dicti nullis ſumptibus pepercere. Convocato etiam ob turbatas literas Majeſtatis frequentiori Conventu, indictisque Pragam Regni Comitiis, poſt varias deliberationes tandem Regiam Pragæ Curiam armati conſcendunt, ingreſſique conclave regium, ubi Conſiliarii ad res Regni tractandas conſidebant, cum iiſdem de Religionis ſuæ privilegiis violatis varie diſceptant, in eoſdem verbis injurioſis invehuntur, quaſi eorum interpretatione ſubdola literarum Majeſtatis ſenſus genuinus inverteretur, et, creſcente ex ſermonibus ultro citroque habitis jurgio, tandem in tres Conſiliarios violentas manus injiciunt, eoſque è feneſtris in profundum vallum deturbant, & cum præter ſpem incolumes evaſerant, aliquot bombardarum ictus in procumbentes explodunt, cœteros Magiſtratu privatos cuſtodiri præceperunt. Poſt hæc Regni adminiſtrationem Ordinum titulo invadentes novum Magiſtratum inſtituunt, triginta Directores è toto Regno ſeligunt, illiſque regium Palatium tradunt, conſcribunt milites, atque è toto Regno, vix duobus oppidis exceptis, Regios ejiciunt, arma etiam in Bohemiam, Sileſiamque, ipſam poſtmodum Auſtriam, reliquaſque Provincias ſubjectas movent.

XXV. En primas veluti motuum Bohemicorum anno MDCXVIII. inchoatorum ſcintillas, ſufflaminante potiſſimum ac principaliter FRIDERICI Electoris Palatini ad Coronam Bohemicam prætenſione excitatas, quæ deinceps in magnum incendium, apertasque demum belli univerſam late Germaniam infeſtantis flammas erupere, obſervante ad hanc rem noſtram inter alios

JACOBO MASENIO *Annal. Trevir. Lib. XXIII. pag.* 460.

 qui

qui poſtquam mox allata narraſſet, hæc ſubjungit: *Qua in re, ut principio apparuit, leviſſima ſcintillæ jactæ ſunt incendii, quo tota deinde Germania bellis diuturnis conflagravit.*

Conf. STRUVII *Corp. Hiſt. Germ. pag.* 2052.

Quamvis vero motus iſti Bohemici ab initio, & ante quam belli turbulentiæ ingruentibus Suecis totam Germaniam inundarent, negotium liteſque Religionis palmario ac principaliter haud concernerent; de iiſdem tamen, durantibus hiſce motibus, ſicuti & integro belli tricennalis tempore, non quidem tam verbis amplius & calamo, quam ferro & armis diverſimode agebatur, prout nimirum pars parti victricibus armis ſuperior fuerat.

XXVI. Ac primo quidem ſors lætior armis Cæſaréis arridere videbatur; inde etiam non tantum A. MDCXXVII. die XXXI. Julii in Bohemia FERDINANDI Decretum emanaverat, quo omnes alteri, quam Catholicæ Religioni addicti, niſi intra ſex menſium ſpatium ad Catholicam Religionem ſe convertant, de Regno Bohemiæ emigrare cogantur;

Vid. apud DUMONT. *Tom. V. P. II. pag.* 500.

ſed & pro toto Imperio ejuſdem FERDINANDI ſolenne Edictum, anno MDCXXIX. die VI. Martii publicatum fuerat, vi cujus (*a*) omnia poſt tranſactionem Paſſavienſem occupata *bona Eccleſiaſtica* Catholicis reſtitui, (*b*) omnes adverſus *reſervatum Eccleſiaſticum* ad manus Proteſtantium devoluti Epiſcopatus Prælatis Catholicis repleri, demum (*c*) Catholici Status *in Reformandis ſuis Territoriis, adverſoque ſuæ Religionis exercitio expellendo*

non

non impediri jubebantur. Integrum hocce Edictum
apud Lehman. *Lib. III. de Pac. Rel. Cap. XVII.*
legi meretur, è quo ad præſentem ſcopum noſtrum illuſtrandum ea potiſſimum ſubſerviunt, quæ de Exercitio Religionis Verſ. Wann auch endlich und zum dritten ꝛc. & Verſ. Als wir dan auch bey den dritten Puncten ꝛc. perhibentur.

XXVII. Adverſus hoc Edictum exacerbati Proteſtantes adeo inſurrexere, ut non tantum illius abrogationem caſſationemque illico & conſtanter peterent, ſed et, poſtquam verſa eſſet belli alea, fortunaque magis & potentia Suecorum iis aſſiſtere cœpiſſent, ultore executoreque ferro reſtituta jamjam in vim iſtius Edicti bona Eccleſiaſtica Catholicis rurſus extorquere, expulſumque A. C. exercitium reſtituere extremis viribus collaborarent.

XXVIII. Deferveſcente tandem pauliſper, licet ſerius, armorum æſtu, effuſoque ſatis Chriſtiano ſanguine jam in Comitiis Ratisbonenſibus de A. MDCXL. & MDCXLI. conſilia pacis cogitari cœperant, oblatis quoque ac repetitis hunc in finem tam Catholicorum, quam Proteſtantium Gravaminibus, in quibus poſteriores hæc quoad præſens inſtitutum præ reliquis notanda ſparſim efferebant. Fatebantur inprimis (*a*) quod Juriſdictio Territorialis Jus Reformandi Religionem vel Catholicam vel ſic dictam Evangelicam regulariter habeat, niſi ubi per pacta vel præſcriptionem (nihil hic de Declaratione Ferdinandea dicebatur) alia in uſu eſſent.

Londorp. *Tom. V. pag. 427. ad XXIV. ibi:*

Sie halteten nochmahl dafür, und thäten die Catholici

ihnen

ihnen mit nichten ablegen, daß die Jurisdictio Territorialis bey Churfürſten und Ständen das Jus Reformandi Religionem Catholicam & Evangelicam regulariter nach ſich ziehe, wo kein anderes durch ſonderbare Verträg, Verjährung oder Pacta hergebracht worden. Porro vero (*b*) conquerebantur Proteſtantes, quod Catholici Landſaſſiis ſuis & Civitatibus, quibus pacta retro facta, aliique legitimi tituli favebant, Jura Exercitii Religionis his titulis obtenta impedirent, ſubditoſque his Juribus privarent.

Londorp. *loc. cit. pag.* 207. *ad* 20.

Et cum deinde (*c*) Catholici loca iſta & ſubditos à Proteſtantibus ſpecifice nominari deſiderarent, quatenus quoad ſingulas ſuas circumſtantias res expendi poſſent;

apud eundem eod. Tom. pag. 330. *ad* 20.

Status Provinciales, Civitates, Landſaſſios Epiſcopatuum Oſnabrugenſis, Mindani & Hildesheimenſis in Exemplum adducebant.

XXIX. Continuatis interea Comitiis die XV. Decembr. ejuſdem An. *MDCXLI.* Hamburgi circa pacis præliminaria jam inde à quadriennio protracta eo conveniebatur, ut Oſnabruga & Monaſterium Weſtphaliæ univerſalis tractatus loca ſint, die *XXV.* Martii ſeq. An. *MDCXLII.* primo congreſſui aſſignata. Verum inchoandis tractatibus variæ partium diſceptationes, quas Adamus Adami in ſua Relatione de Pacificatione Weſtphalica latius exponit, moram injecere, ut adeo nonniſi poſt elapſum rurſus triennium anno primum *MDCXLV.* ſolennia eorundem initia fierent.

Cap. II.

CAPUT II.

Poſt multas demum longasque concertationes atque ſuperatas difficultates fere innumeras, hanc libertatem ſubditis, qui in anno MDCXXIV. publicum vel privatum ſuæ Religionis exercitium habuerunt, in P. W. per Artic. V. §. 31. conceſſam eſſe, è Tractatibus ejuſdem Pacis recenſet.

SUMMARIA.

I. *Ingreſſus.*
II. *Sub finem anni MDCXLV. Oſnabrugæ prima ſua Gravamina in materia Religionis offerebant Proteſtantes, petebantque,* (a) *ut ſuus Declarationi Ferdinandeæ vigor, valorque detur,* (b) *ut pacta & præſcriptiones circa exercitium Religionis obſerventur,* (c) *ut omnibus ſubditis indiſcriminatim liberum & publicum Religionis Exercitium concedatur.*
III. *Catholici ad hæc Gravamina initio ſequentis anni MDCXLVI. reſpondentes Declarationem Ferdinandeam unice impugnabant, de cœteris petitis ne mentionem quidem facientes.*
IV. *Menſe Februario Media compoſitionis à Proteſtantibus offeruntur,*
V. *Sed rejiciuntur à Catholicis.*
VI. *Adornantur propterea Conferentiæ inter utriuſque Religionis*

Digitized by Google

gionis Deputatos, nullo tamen effectu compoſitionis ſubſequente.

VII. *Fit deſuper relatio ad Legatos Cæſareos, Suecicos & Ambaſciatorem Gallicum. Notatur Reſponſio Legati Cæſarei primarii de TRAUTMANSDORFF.*

VIII. *Diſceſſus Deputatorum Catholicorum Monaſterium. Facta ibidem Deputatio ad materiam gravaminum Comitis de TRAUTMANSDORFF.*

IX. *Quo Oſnabrugam reverſo exhibent Catholici Proteſtantibus Declarationem, in qua nullam plane de libero Religionis Exercitio ſubditis indulgendo mentionem faciebant.*

X. *Adverſus hanc Declarationem THUMSHIRNIUS certa puncta concipiebat, qui deinde in Tractatibus ſub nomine Articulorum LV. ſæpius referuntur.*

XI. *Quibus antequam Catholici reſponderent, particulares cum Electoralibus Saxonicis conferentias, non ſine ſumma reliquorum Proteſtantium offenſione, meditabantur.*

XII. *OXENSTIRNA quoque ante exhibitam Catholicorum reſponſionem cum Cæſareis ratione exercitii in terris hæreditariis concedendi colloquebatur.*

XIII. *Die XII. Julii deinde ad ſupradictos LV. Articulos Catholici reſpondebant.*

XIV. *Super hac reſponſione inter Proteſtantes articulatæ conferentiæ inſtituuntur.*

XV. *Et adverſus eandem Lengerichii nova Declaratio conficitur, in qua nulla amplius explicita Ferdinandeæ Declarationis mentio fiebat.*

XVI. *Neque tamen eidem detulere Catholici, ſed in ſua, quam contra dederant, declaratione plurimas Proteſtantium contradictiones notabant.*

XVII.

Digitized by Google

XVII. *Has diſſolvere in ſua ſubſecuta Declaratione contendebant Proteſtantes, de cætero in antiquis ſuis petitionibus perſiſtentes.*

XVIII. *Cæſarei tandem in ſua Declaratione de XXI. Novembris ejuſd. anni ſubditis, qui* pacto *cum Dominis ſuis inito exercitium Religionis obtinuiſſent, id deinceps concedi voluere;*

XIX. *Contra quam proteſtabantur Catholici.*

XX. *Proteſtantes vero, conceptis deſuper quibusdam monitis generalibus, Conferentias Oſnabrugæ inſtituendas petiere, quæ etiam anno ſubſequente MDCXLVII. menſe Februario incboabantur, ex iis autem huc tertia Conferentia die VI. Februarii habita notari meretur.*

XXI. *Abſolutis hiſce Conferentiis novam Declarationem Cæſarei extradunt Suecis, in qua nihil ultra quoad Exercitium Religionis conceſſerunt.*

XXII. *Inde multum offenſi Proteſtantes ulteriorem cum Catholicis & Cæſareis conferentiam detrectabant, ſed ſolis Suecis exhibebant die XX. Februarii Declarationem, quoad Exercitium Religionis plus ſolito hactenus petentem.*

XXIII. *Quæ cum TRAUTMANSDORFFIO prælegeretur, varios extremæ iracundiæ motus prodidit, milleque conteſtationibus ſe huic Declarationi nunquam conſenſurum, aſſeruit.*

XXIV. *Reliqui tamen Plenipotentiarii Cæſarei, die VII. Martii novam Declarationem edidere, in qua illis rurſus ſubditis liberum Religionis exercitium indulgebant, qui pacto id obtinuiſſent, benigno inſuper moderamine atque clementia iis promiſſa, qui* ſola Dominorum ſuorum conniventia, aut etiam invitis iis iſtud *habuiſſent.*

XXV. *Super hac Declaratione variæ inter VOLMARUM &*

SALVIUM conferentiæ inſtituebantur, nullo tamen ſecundum intentionem Proteſtantium effectu ſubſecuto.

XXVI. *Inde nonnulli Proteſtantes Cæſareis condeſcendere cogitabant, nonnulli vero præeunte THUMSHIRNIO antiquis petitis inhærebant, novamque Declarationem edebant, qua in iram rurſus concitatus de TRAUTMANSDORFF Oſnabruga diſceſſit, relicta cæteris Plenipotentiariis tractandi ulterius facultate.*

XXVII. *Hos igitur inter & Suecos ſecretiſſimæ conferentiæ inſtituuntur, ſpe aſſiſtentiæ Gallicæ Catholicis non parum affulgente.*

XXVIII. *Quibus finitis Cæſarei die XXX. April. ejuſd. anni Declarationem rurſus exhibebant, qua & illis poſthac ſubditis Exercitium liberum indulgebant, quibus* non tantum pacta, ſed & ſuperiorum conniventia *præſidio erat.*

XXIX. *Ad quam poſtquam THUMSHIRNIUS differentias notis marginalibus concepiſſet, ſuasque Proteſtantes conſultationes abſolviſſent, ultimato demum Cæſarei die XIV. Maji ejuſd. anni declaraverunt illis poſthac ſubditis, qui vel pacto vel longo uſu, vel ſuperiorum conniventia exercitium Religionis anno MDCXXIV. habuerunt, iſtud concedendum eſſe; Quo facto conferentiarum in puncto Gravaminum Oſnabrugæ finis demum factus fuit.*

XXX. *Ultimatam hanc Cæſareorum declarationem excipiebat Catholicorum fere omnium contradictio, quam equidem TRAUTMANSDORFIUS ipſe non improbavit, interim modis omnibus Catholicis perſuadere conabatur, ut eidem conſentirent.*

XXXI. *Reluctantibus vero Catholicis Viennam revertebatur; Conferentiis porro inter reliquos Legatos Cæſareos & OXENSTIRNAM Legatum Suecicum, tum Monaſterii, tum Oſnabrugæ, reaſſumptis & continuatis.*

Digitized by Google

XXXII. *Catholici Cæſareis ſub finem Septembr. aut initium Octobris ſcriptum quoddam exhibent, quo conſtantem ſuam adverſus factas Cæſareorum conceſſiones proteſtationem non ſine multa Cæſareanorum, Proteſtantium, aliorumque commotione prodiderunt.*

XXXIII. *His relationibus variis varie affectus Imperator varie quoque variis vicibus reſpondebat.*

XXXIV. *VOLMARUS una cum omnibus fere Legatis Catholicis Monaſterio Oſnabrugam menſe Novembri ejuſd. anni diſceſſit.*

XXXV. *Hos Legatos relictus Monaſterii Nuntius Apoſtolicus per literas conſtantiæ & magnitudinis, Plenipotentiarii vero Cæſarei pacificarum cogitationum viva voce admonuere.*

XXXVI. *Diverſis hiſce Nuntii Apoſtolici & Legatorum Cæſareorum monitionibus Catholici inter ſe dividuntur. Pars ſcilicet in contradictione perſiſtit novam edens declarationem; pars Cæſareanorum conceſſionibus adhæret.*

XXXVII. *Super qua diviſione Catholicorum eruditæ reflexiones Emblematum MEIERI afferuntur.*

XXXVIII. *Ad præmiſſam aliquorum Catholicorum contradicentium declarationem reſpondent Proteſtantes die XXI. Januarii MDCXLVIII.*

XXXIX. *Catholici vero Cæſareanis adhærentes ipſos Legatos Cæſareos pauliſper morantes acceleratione cujuſdam ultimatæ declarationis præveniunt.*

XL. *Hiſce offenſi contradicentium quidam Monaſterium revertebantur, quidam Oſnabrugæ remanebant, ſuis tamen contradictionibus pacem poſthac impedire nolentes.*

XLI. *Menſe Februario ejuſd. anni MDCXLVIII. inſtituuntur novæ conferentiæ;*

XLII. *Die XXII. Febr. reaſſumitur materia Exercitii & Autonomiæ, oblata à Cæſareis priore ſua declaratione;*

XLIII. *In qua multos adhuc defectus reprehendebant Proteſtantes.*

XLIV. *Quibus tandem cum Cæſarei & præſentes Catholici conſentirent, addita præſertim clauſula :* aut ſola denique obſervantia &c.,

XLV. *Die XVIII. Martii MDCXLVIII.* §§. 30. 31. *& ſeqq. ſubſcribuntur, ſubditisque, qui in anno MDCXXIV. liberum ſuæ Religionis Exercitium habuerunt, illud impoſterum relinquendum eſſe, ſtatuitur.*

AD majorem ſequentium tam confirmationem, quam illuſtrationem ea in priori Capite ex authenticis actis & documentis hactenus præmiſimus, quæ circa ſubditorum diverſam à Domino ſuo Religionem profitentium Religionis Exercitium inde à temporibus P. R. huc uſque acta, tractata, propoſita atque diſpoſita fuere. Propius igitur nunc ad tempora P. W. progreſſi ulteriora ejuſdem Exercitii fata ex ipſis hujus Pacis tractatibus depromere atque dilucidare, in præſenti Capite conſtitutum habemus.

II. Scilicet ſub finem anni *MDCXLV.* die *XV.* Decembris prima ſua in negotio Religionis gravamina per ſpeciales Deputatos, qui propterea etiam *Deputati ad Gravamina* compellabantur, tam Legatis Cæſareis, quam Catholicis Electoribus & Statibus Proteſtantes obtulere. In

Gra-

Digitized by Google

Gravamine III. ratione Exercitii Religionis (a) querebantur, ſubditis Proteſtantibus adverſus declarationem, paulo ante publicatam Pacem Religioſam, à FERDINANDO Rege conceſſam, in Conventu Electorali & Comitiis Ratisbonenſibus de anno *MDLXXV.* originaliter exhibitam, ab Electoribus Eccleſiaſticis ibi recognitam, neque, vel per prætenſam contra notoria Imperii Acta ejuſdem ignorantiam, vel per factam in Pace Religioſa futurarum duntaxat, & ad inſtantiam unius partis impetrandarum declarationum prohibitionem, ſufficienter eliſam atque expugnatam illud hactenus turbatum, impeditum, aut plane negatum fuiſſe; ſe autem (*b*) confidere dicebant, fore, ut Catholici eiſdem ſuis ſubditis Proteſtantibus *publicum* exercitium ſicuti antehac, & præſertim ubi per pacta & præſcriptiones introductum fuerat, impoſterum quoque indulgeant, imo illis etiam (c) qui publicum ſic dictæ Evangelicæ Religionis exercitium necdum habent, iſtud pro futuro ſaltem decernant, permittantque.

apud de MEJERN. *Act. P. W. Part. II. pag.* 527. *&* 528.

Ex quibus ſat pronum evadit, Proteſtantes in primis hiſce ſuis gravaminibus, non tantum in vim declarationis Ferdinandeæ, ſed & in vim antecedaneorum pactorum aut præſcriptionum, quid? quod etiam pro caſu, ubi neutrum ex hiſce fundamentis aderat, ſubditis Proteſtantibus Dominorum Catholicorum publicum Religionis ſuæ exercitium poſtulaſſe.

III. Ad iſta cum deinde Catholici crebrius à Proteſtantibus interpellati Monaſterii die *XXIX.* Januarii anni

ni ſequentis *MDCXLVI.* per Directorium Moguntinum ſuas reſponſiones & gravamina reciproca Legatis Proteſtantibus ibidem præſentibus Culmbacenſi & Würtenbergico, reliquis Oſnabrugæ congregatis communicandas, extraderent; in Reſponſionibus ad hoc Gravamen III. eo unice intenti erant, ut prætenſam Ferdinandeam Declarationem momentis tum ex ipſa P. R., tum ex ſuccedaneis Imperii Conventibus depromptis, à nobis vero jam Cap. antecedente indigitatis convellerent, eliderent, expugnarent. Binas vero reliquas Proteſtantium poſtulationes de ſubditis, quibus vel pacta & præſcriptiones ſuffragarentur, vel qui nullum hactenus Religionis ſuæ exercitium obtinebant, intactas omnino ſine data reſponſione reliquere.

Conf. Antwort und Gegen-Beſchwerden der alten catholiſchen Religion zugethaner Churfürſten, und Stände auf die von der Augſpurg. Confeßions-Verwandten Fürſten und Ständen am 15. Decembr. 1645. zu Osnabrück übergebene *Gravamina. ad Gravamen III.* apud DE MAJERN. *loc. cit. pag.* 553. *& ſeqq.*

IV. Nihil ad has Catholicorum Reſponſiones deinceps replicarunt Proteſtantes, maturandæ rei ſuæ melius proſpectum iri, confidentes, ſi media ſtatim pro tollendis ſuis gravaminibus conciperent, eaque Catholicis offerrent. Obtulere quoque ea die *XXVI.* Februarii inſequentis LAMBERGIO & CRANIO Legatis Cæſareis, & ad tollendum gravamen ſuum tertium quoad exercitium Religionis propoſuere, ut (1.) Proteſtantibus Comitibus, Baronibus, Nobilitati, Civitatibus, Communibus

Digitized by Google

nibus & ſubditis ſub Dominis Catholicis degentibus omnia Templa, Scholæ, Hoſpitalia & reditus appertinentes, ſicuti etiam bona ipſorum propria inde à P. R. hucuſque ablata & confiſcata plenarie reſtituerentur, deſtitutique in ſtatu, quo anno MDCXVIII. & ante fuere, reponerentur; ut (2.) illis Provinciis, Civitatibus, & ſubditis, quibus publicum Exercitium Doctrinæ Evangelicæ in vim Ferdinandeæ Declarationis competit, vel qui poſtea per literas Majeſtatis, Conceſſiones, Privilegia, pacta aut longum uſum illud unquam obtinuere, etiamſi anno MDCXVIII. publicum Exercitium aut ſuſpenſum aut vere ſublatum fuerit, libere & inimpedibiliter poſthac & pro perpetuis temporibus retineretur, Diſpoſitionibus, Tranſactionibus, reverſalibus, aut quibuſcunque aliis in contrarium factis caſſatis & ſublatis. Rogarunt porro (3.) enixiſſime Catholicos, ut & reliquis ſuis ſubditis, quibus ſcilicet nullus ex hactenus allatis titulis favebat, publicum ſic dictæ Evangelicæ Religionis Exercitium indulgerent, curſumque verbi Divini, ut ajebant, non impedirent, id quod etiam omnino conforme eſſe Paci Relig., honoremque Dei illud exigere arbitrabantur; Conſcientiæ inſimul (4.) Catholicorum ad reddendam Deo rationem committentes, ſi ad hoc nullis mediis eſſent commovendi. Denique (5.) eadem cum ſollicitudine paribusque precibus inſtitere apud Catholicos, ut & illis ſuis ſubditis Proteſtanticis, qui poſthac ad Religionem Proteſtanticam transgredientur, vel è Territorio Proteſtantico ad Dominum Catholicum emigrabunt, privatum ſuæ Religionis exercitium permitterent.

Vid. DE MEJERN. *cit. Part. II. pag.* 570.

Et quoniam hæc poſteriora præſertim poſtulata à Catholi-

cis vix conceſſum iri, credebant, ad ulteriores ſeſe gradus interea, non expectata prius Catholicorum reſolutione, præparabant, ita quidem, ut (a) ſi omni labore adhibito publicum vel privatum exercitium pro dictis poſtremis ſubditis impetrari haud poſſet, ſaltem devotioni Domeſticæ ut conſcientia libera vacare poſſent, procuraretur; in qua itidem (b) concedenda ſi Catholici duriores ſe oſtenderent, ſicque futuræ Paci obſtaculum poneretur; integra emigrandi abſque ullo præfixo termino libertas ſaltem concedenda foret.

Idem eod. loc. pag. 573.

V. Hæc Compoſitionis media non ut ſcriptis reſponſionibus expedirent Catholici, ſed ut mutuis deſuper colloquiis & congreſſibus tractaretur, Proteſtantes deſiderabant. Aſt, novis ſuper loco habendi congreſſus diſſidiis ſubortis, Catholici die VII. Martii per utrumque Legatum Cæſareum LAMBERGIUM & CRANIUM oppoſita hiſce alia componendorum gravaminum media Proteſtantibus in ſcriptis reddidere ſub rubrica: Unvorgreifliche Gegen-Vorſchläge deren Herren Catholiſchen auf der Herren Augſpurg. Confeßions-Verwandten in Puncto Gravaminum eingegebene vermeinte media Compoſitionis; ubi ad *tertium* dicebant, talia à Proteſtantibus peti haud poſſe, Pacem Religioſam huic Proteſtantium petitioni eſſe contrariam; ſubditis tamen ſe commodos ad emigrationem terminos conſtituere velle; erga Status Provinciales & Nobilitatem ratione Exercitii Religionis tanta ſeſe moderatione uſuros, ne iſti de violentia querendi cauſam haberent.

VI.

Digitized by Google

VI. Repudiabant ab initio hæc Catholicorum media Proteſtantes, atque ad ea, in adornatis ex utraque parte conſeſſibus, Oſnabrugæ die II. Aprilis cœptis, reſpondere aut deſuper reflectere variis ex cauſis detrectabant, donec tandem præmiſſis quibusdam præliminaribus in Conſeſſu VI., die XIV. Aprilis habito, eadem in conſiderationem adducerent, prioribus ſuis petitis quoad poſteriora quidem Capita ad ſecundum & tertium §pho IV. antecedente adductum gradum mitigatis ſatis firmiter inſiſtendo.

Conf. DE MEJERN *Part. II. pag.* 613. *verſ.* Bey dem *III. Gravamine* ſey ꝛc.

Unde & Catholici ſuis adhærentes mediis primo propoſitis, prætenſam FERDINANDI Declarationem iterato rejiciebant, neque pacta, præſcriptiones, alioſque allatos titulos pro libero & publico ſubditorum exercitio ſufficientes agnoſcebant, multo minus cœteris ſubditis, quibus neuter hactenus ex iſtis titulis ſuffragabatur, aut Religionis exercitium, aut Libertatem conſcientiarum, ſive liberam pro eorundem arbitrio emigrandi facultatem indulgebant, eo conſtanter fundamento innixi, hæc omnia vigore P. R. è Domini Territorialis pleno & libero arbitrio dependere debere.

Conf. tres poſtremi Deputatorum Conſeſſus VII. ſcilicet VIII. & IX. apud DE MEJERN. *cit. loc. pag.* 616. *& ſeq.*

VII. Quæ vero cum Deputatis Proteſtantium minus arriderent, ex iiſque haud ita facilem inter utriuſque partis Deputatos conſpirationem, diuturniorem proinde Tractatuum circa tollenda Gravamina protractionem animadverterent, omnia hucuſque in puncto Gravaminum Oſnabrugæ acta per ſpeciales Deputationes Legatis tam Cæſareis, quam Suecicis, quin & Ambaſciatori Gallico Comiti

De Servient tum temporis Oſnabrugæ commoranti extradebant, Catholicorum conſtantes tergiverſationes præcipue incuſantes. A Trautmansdorffio vero primario Legato & Plenipotentiario Cæſareo, in ſpecie quoad punctum exercitii Religionis, id reſponſi tulere: So viel libertatem Religionis der Unterthanen anbelanget, bringe Jus Territoriale Jus Reformandi mit ſich, darum man denen Evangeliſchen keinen Eintrag zu thuen begehre: Exemplo der Pfalz, darinn unterſchiedliche Reformationes vorgangen, ſo man geſchehen laſſen, ergo ſeye Catholicis ebenmäßiges Recht auch nicht zu ſperren. Ihro Majeſtät hätten das Jus Reformandi keinem Stande gewehret, warum ſoll es dan eben Ihr nicht erlaubt ſeyn? man ſolle ihnen weiſen, ob zu Nürnberg, Straßburg, oder anderen Reichs-Städten ein Catholiſcher zum Burger angenommen werde? Da ihme dan ſelbſten das contrarium nur mit einem Exempel eines Schneiders bekant, und ſeye ohne das notorium, ja es werde denen Burgern verbotten, daß keiner in Catholiſchen Kirchen das Exercitium Religionis, wo es noch in denen Städten iſt, beſuchen dörffte, ja man ſtelle noch Proviſaner oder Soldaten vor die Thüren der Catholiſchen Kirchen, und laſſe keinen Evangeliſchen hineingehen. Die Unterthanen hätten das Jus Emigrandi bevor, deſſen ſie ſich ohngewehrt gebrauchen könnten, wann ſie ſich zur Religion nicht bequemen wollten.

Apud De Mejern. *Part. II. Act. P. W. pag.* 633. *circa medium.*

VIII. Interea Deputati Catholici à primis ſuis ſenſibus nullatenus recedentes Oſnabruga Monaſterium profecti ſunt,

ſunt, cœteris ſuis Committentibus geſta hactenus relaturi, facta tamen inſimul promiſſione, ad continuationem tractatuum hoc ſuper puncto Oſnabrugam revertendi. Quam ob rem etiam Catholici, cum præterea Suecici, ſe ſine abolitione gravaminum ſuper ſolo puncto ſatisfactionis non tractaturos, iterato declararent, novos Deputatos Comitem ſcilicet DE TRAUTMANSDORFF, Legatosque Colonienſem, Conſtantienſem & Auguſtanum, cum delata ſuper gravaminibus Religionis ulterius tractandi facultate, Oſnabrugam ſub finem Maji decernebant, quamvis non omnimodam primitus fiduciam in præfato TRAUTMANSDORFFIO reponerent, tum quod antehac Proteſtantium Sacris addictus eſſet, tum quod metuerent, ne Status Cæſarei terrarumque hæreditariarum ſalvationem rei Catholicæ, celebris Statiſta, præhaberet.

IX. Mox ut dicti Legati Oſnabrugæ advenerant, jam in factis præviis ſalutationibus ac viſitationibus Comes de TRAUTMANSDORFF optimas, quas ſecum haberet, & in quibus ultimata etiam Catholicorum continerentur, inſtructiones, modo ex altera parte arcus non nimium intenderetur, Proteſtantibus aſſecurabat.

cit. DE MEJERN. *Act. P. W. Part. III. pag.* 97.

Peractis vero hiſce die I. Junii, is ipſe TRAUTMANSDORFFIUS Proteſtantium ad gravamina Deputatos, ſe ut convenirent, vocabat, eiſque Catholicorum novam Declarationem in Scriptis exhibebat, ſic inſcriptam: Der alten Religion zugethaner Stände hauptſächliche Erklärung über die Religions - Gravamina. Hac in Declaratione de Exercitio Religionis ſubditorum nulla plane occurrit mentio; ſolum de Jure emigrandi hæc breviſſimis ibidem continebantur:

tur: Wegen des Juris emigrandi: darüber hat die Obrigkeit zu verordnen, und weilen ſich die Catholiſche Stånd dabey zu billigmåſiger moderation des Termini, und der Nachſteuer halber erbotten, als hat es billig dabey ſein Bewenden ꝛc.

DE MEJERN. *Part. III. cit. pag.* 154.

X. Adverſus hanc Declarationem THUMSHIRNIUS Legatus Saxo-Altenburgicus certa puncta ſeu Articulos concipiebat, qui deinde, una cum additamentis aliorum Electorum & Statuum, Articulos LV. conſtituebant, atque ſub hoc nomine aliquoties in ſubſequentibus Actis & Protocollis redibant. Hi Articuli ſub titulo: Evangelicorum fernere Erklårung in puncto Gravaminum, IX. Junii Legatis tam Cæſareis, quam Suecicis per Deputatos inſinuabantur, Art. vero XXII. uſque XXXIV. ſpecialem rubricam: von den Unterthanen, und deroſelben Recht in puncto Religionis & ejus Exercitii, præfixam habentibus, quoad rem noſtram ſequentia ſummatim capita continebantur: 1.) Innovabatur petitio, ut Comitibus, Baronibus, Civitatibus, Communibus & ſubditis in Territorio & ſub Domino Catholico exiſtentibus omnia Templa, Scholæ, Hoſpitalia, & appertinentes reditus, ſicuti etiam propria ipſorum bona inde à P. R. hucuſque aut ablata aut confiſcata plenàrie reſtituerentur, deſtitutique in ſtatu, quo ante turbationem fuerunt, reponerentur. 2.) Poſtulatum de publico Religionis exercitio ſubditis, quibus vel Declaratio Ferdinandea, vel pacta, aut privilegia, aut longus uſus ſuffragatur, impoſterum retinendo inſtaurabatur; Id, quod Regulæ generalis loco poſitum ſpecificabatur deinde exemplis Nobilitatis, Civitatum ac Subditorum, Epiſcopatuum

Min-

Mindenſis, Oſnabrugenſis, Halberſtadiani, Hildesheimenſis, Monaſterienſis, Paderbornenſis, Fuldenſis &c. ſicut etiam ſubditorum Eichsfeldenſium, Corvejenſium, nec minus Civitatum Erford, Duderſtad, Hœxter, Hilpoltſtein, Heideck, & omnium reliquorum ſubditorum Palatino-Neoburgicorum, qui omnes ſub hac Regula comprehendi dicebantur. 3.) Subditi Dominorum tam Eccleſiaſticorum, quam Sæcularium, qui neque ante, neque poſt Pacem Religioſam publicum Evangelicæ Religionis Exercitium habuerunt, libertate conſcientiarum fruuntor. 4.) Domini Catholici ſive Eccleſiaſtici, ſive Sæculares quo minus ſuis ſubditis publicum Evangelicæ Religionis Exercitium adhuc concedere poſſint, ab aliis Catholicis non impediuntor. 5.) Similiter Domini Proteſtantes pacta cum ſuis ſubditis Catholicis ratione publici Religionis exercitii jam inita, vel poſthac ineunda, curate obſervent, eorumque ſubditi tam moderni, quam futuri, nullo hactenus religionis exercitio uſi, libertate conſcientiæ, pariter ac Dominorum Catholicorum ſubditi Proteſtantes fruuntor.

Vid. de Mejern. *Part. III. pag.* 164. *&* 165.

XI. Hiſce antequam Catholici reſponderent, Legati Cæſarei ſeparatas ſecretasque Conferentias cum Electoralibus Saxonicis meditabantur, jamque unam XIII. Junii celebrabant. In ea utrinque dicti LV. Articuli perlegebantur, utrinque propoſitiones & poſtulata formabantur. Ex parte Cæſareorum Comes de Trautmansdorff quoad punctum exercitii Religionis de ſolis terris hæreditariis S. C. M. proponebat, his Exercitium Religionis haud conceſſum iri, tribus tamen hiſce conditionibus permiſſis, 1.) ut Jus Emigrandi ad ſeptem octove annos extenderetur,

2.)

2.) Excurſus ad vicina oppida Proteſtantica connivendo indulgeretur, 3.) Principibus & Statibus Sileſiacis extra Principatum hæreditarium ſalva Religio relinqueretur. Cœterum de exercitio ſubditis Statuum & Ordinum Catholicorum ad mentem ſuprarelatorum Articulorum vel concedendo vel denegando ne per verbum mentio à Cæſareis fiebat; bene tamen ab Electoralibus Saxonicis, qui in ſuis poſtulatis hac in Conferentia factis Nro 6.) proponebant: Declaratio Ferdinandea den 24ten Septembris Anno MDLV. auf dem Reichstag zu Augſpurg müſſe gelten.

Conf. DE MEJERN. *Part. III. pag.* 187. & 188.

At vero hæ inter Cæſareos & ſolos Electorales Saxonicos adornatæ conferentiæ reliquorum animos Proteſtantium ita offendebant, ut eæ deinceps, hac una tantum habita, omitterentur.

XII. Interea quoque accidebat, ut OXENSTIRNA Legatus Suecicus, inſtituta pro more die VII. Julii ad Legatos Cæſareos viſitatione reciproca, de puncto Gravaminum, atque in ſpecie de exercitio Religionis cum iiſdem colloqueretur, quæſtionem inter alias movens, qua ratione poſthac Exercitium Religionis in terris Imperatoris hæreditariis eſſet adornandum. Ad quam à Legatis Cæſareis reſponſum tulit, Sacram Cæſaream Majeſtatem concepto ſemel propoſito, nullum videlicet ſubditis hæreditariis Religionis Exercitium indulgendi, firmiter atque conſtanter inhærere; ſibi porro Legatis Cæſareis hactenus haud aliud, quam de termino Emigrationis ad ſeptem vel octo annos prolongando, deque excurſione ad vicina exercitia Lutherana liberius permittenda, nec cum rigore impedienda,

enda, mandatum adveniſſe. Et quamvis replicaret Oxenstirna, ſubditis Statibusque Cæſareis adverſus pacta & privilegia Religionis Exercitium fuiſſe ademptum, eosque propterea ad Coronam Suecicam pro ferendo auxilio, quod ipſis etiam negari haud poſſe, credebat, ſupplices confugiſſe; Trautmansdorffius tamen firmum Imperatoris propoſitum, factamque à dictis Statibus & ſubditis ſuorum privilegiorum per attentatam rebellionem jacturam regerebat. Dicebat præterea, Corpus ejusmodi Religioni addictorum, queis tale Religionis Exercitium indulgendum foret, jam deeſſe, Imperatorem denique haud ſperare, fore, ut hanc ob cauſam à Suecis adverſus ſe ſolum pro futuro bellum continuaretur; Id tamen quodſi fieret, Imperatorem quoque ſe eo accincturum eſſe, reique exitum omnipotenti Deo commendaturum.

de Mejern. *loc. cit. pag.* 189. *ſeq.*

XIII. His præambulis tandem XII. Julii Legati Cæſarei vocatis ad ſe Proteſtantium Statuum Legatis, Catholicorum ad præfatos LV. Articulos reſponſiones exhibuere ſub rubrica: Weitere und endliche Compoſitions Vorſchläge in puncto Gravaminum. In his, quæ ad Libertatem tum Exercitii Religionis, tum Conſcientiarum pertinet, unico Num. 13.) expeditum fuit, breviſſimis hiſce dicendo: *Dominis Territorialibus ratione Territorii & Superioritatis Jus Reformandi* competere, ſubditisque beneficium Emigrandi jam in P. R. indultum permiſſumque fuiſſe; in hiſce igitur terminis res impoſterum permaneat, Dominique hoc in puncto eo poſthac æquitatis charitatisque Chriſtianæ temperamento utantur, necui

G ſum-

Digitized by Google

ſundata querendi cauſa ſubſit &c. in verbis: Was diejenige Unterthanen anbelanget, ſo unter Catholiſcher Obrigkeit geſeſſen, und aber das Publicum Exercitium A. C. hergebracht zu haben, wie insgemein, was die Freyſtellung der Religion bey ein und anderthcils Unterthanen, Ständen, Vaſallen, und Landſaſſen betrift, weilen denjenigen Obrigkeiten ratione Territorii & Superioritatis das Jus Reformandi zuſtehet, und bereits denen Unterthanen das Beneficium Emigrandi in Religions-Frieden vergönnet und zugelaſſen worden; als ſoll es billig dabey verbleiben, und die Obrigkeit von ſelbſten hierunter ſolche billige und Chriſtliche temperamenta gebrauchen, damit ſich derentwegen jemand zu beſchwehren einige befugte Urſach nicht haben möge ꝛc.

apud DE MEJERN. *ibid. loc. cit. pag.* 196.

XIV. Communicata hæcce Catholicorum à Proteſtantibus Monaſterii congregatis mox in futuris Proteſtantium Conferentiis, tam Monaſterii, quam Oſnabrugæ deſuper quam citiſſime adornandis, quoad materias ſingulas, adhibitis in conſiderationem tam Catholicorum, quam Proteſtantium ultimis projectis, articulatim deliberanda atque tractanda eſſe, concludebatur.

DE MEJERN. *pag.* 204.

Cum vero in ſuis hiſce conſultationibus magno fervore cæptis continuatisque ad argumentum Exercitii Religionis devenirent, in Seſſione die XVIII. Julii habita quæſtiones VIII. à

Dn. DE MEJERN. *ſæpe cit. Tom. III. pag.* 241.

relatas in conſultationem adduxere. Memoratu dignum

præ-

præcipue eſt, quid hac occaſione Legatus Brandenburgico-Culmbacenſis mox ab initio voti ſui, conſentientibus multis aliis, aliis tamen ex adverſo reclamantibus, in medium protulerit. Hic enim primus de Declaratione Ferdinandea, cui Catholicos toto ſemper niſu contradixiſſe, experientia docuerat, poſthac omittenda, & de alio æquipollente medio eidem ſurrogando conſilium ſuggeſſit, idque obtinuit, ut reliqui ex ejuſdem mente maturiorem illius diſcuſſionem, communicatis animi ſententiis, ſuſcipiendam decernerent, in verbis: Ob der Declarationi Ferdinandeæ man ſich gleichſam tacite, gegen Erhaltung des Exercitii mediatorum in dem Stand de anno 1620., und der Autonomiæ ſubditorum noch zur Zeit zu begeben, ſtehet auf der mit denen Herrn Churfürſtl. und Osnabruckiſchen vorſeyenden Communication.

DE MEJERN. *loc. cit. pag. 247. in fin.*

XV. Hæc communicatio multis interea aliis, quorum uberior notitia ex ſæpe adducto Dn. DE MEJERN Act. P. W. Part. III. Lib. XXI. ab initio hauriri, ſi lubet, poterit, evenientibus, Længerichii tandem inſtituta, ibidemque omnibus in unum convenientibus nova Proteſtantium Declaratio ſub Tit: Der Evangeliſchen Schluß zu Längerich, oder Gegen-Erklärung in puncto Gravaminum Monaſterii die XVIII. Auguſt. ejuſd. anni, Plenipotentiariis Cæſareis, ac inſequenti die Electoralibus Saxonicis & Brandenburgicis exhibita fuit, id quod Oſnabrugæ jam XIV. Auguſt. Legatis Cæſareis & Suecicis factum fuerat. In hujus Articulo 12.) hæc deinceps quoad ſubditorum Exercitium Religionis petitio formabatur:

Die Evangeliſche Mediat- Grafen, Freyherrn, Ritterſchaft, Städte, Communen und Unterthanen, ſo unter Catholiſcher Obrigkeit geſeſſen, und das publicum Exercitium ihrer Religion anno 1621. quacunque anni parte im Brauch gehabt, oder die es ſonſt retro per pacta, privilegia, alten Erbſchuz, oder langen Gebrauch erworben und hergebracht, ſollen auch hinführo dabey gelaſſen, und geſchützet, die aber berührten Exercitii quovis modo entwehrten in vorigen Stand ohngehindert aller darwider ergangenen Urtheilen, Tranſactionen, Accorden und Reverſalien, allerdings hinwider geſezet werden. Derohalben dann ꝛc.

Vid. DE MEJERN. *cit. Part. III. pag.* 336.

Hac igitur in declaratione Proteſtantium & deinceps Ferdinandea Declaratio penitus omittebatur, ejuſque loco ita poſtulatio inſtituebatur, ut ſubditi Dominorum Catholicorum, qui vel (a) in anno MDCXXI. quacunque anni parte publicum Religionis Exercitium in uſu habuerunt, vel (b) qui alias retro per pacta, privilegia, protectionem hæreditariam, aut longum uſum acquiſivere, impoſterum illud retinerent, deſtitutique in illud reponerentur.

XVI. Neque tamen huic Proteſtantium declarationi cedere volebant Catholici, probe diſpicientes, verbotenus quidem Declarationem Ferdinandeam omiſſam, reapſe tamen & in effectu vix non idem, quod antehac, petitum fuiſſe. Ipſi adeo Proteſtantes de futuro Catholicorum conſenſu diffidebant, ut ex iis nonnulli Legati ad hujus declarationis temperamenta jam ante omnem Catholicorum reſponſionem ſe rurſus accingerent,

DE MEJERN. *Part. III. pag.* 346. &

& Electorales Saxonici Proteſtantium Sacris ipſimet addicti nimium hujus declarationis Længerichii factæ rigorem, confecto deſuper ſpeciali ſcripto, non ſine reliquorum Proteſtantium magna exacerbatione, incuſarunt.

Idem *loc. cit. pag.* 349.

Catholici vero in ſcripto titulum gerente: Der Catholiſchen Bedencken über die von den A. C. verwandten den 24. Auguſt nächſthin dem Kayſerl. Herrn Legaten zu Oſnabrück ausgehändigte Schrifft, præmiſſis iis, quæ & quanta jam Proteſtantibus indulſerint, notarunt multas contradictiones, quas Proteſtantium Declaratio contineret, ac inter alia quoad paſſum concernentem ad XII. Artic. begreiſt abermahl eine offenbahre Contradiction, indem die A. C. Verwandte ſelbige Regul, welche ſie bis dahero gegen die Catholiſchen einzuführen, und in ſui favorem durchzudringen ſich unterſtanden, quod nempe cujus eſt regio, ejus de Religione ſit diſpoſitio, nunmehro an Seiten der Catholiſchen nicht gelten laſſen wollen, dan ob man wohl ex parte Catholicorum den A. C. Verwandten ex ſolo Superioritatis Jure das Jus Reformandi ferner, als der Religions-Friede zugibt, nicht geſtändig geweſen, weder noch iſt, ſo kan doch deſtoweniger per Regulam, quod quisque Juris &c. den Catholiſchen ein ſolches nicht abgeſchnitten werden, was ſie die A. C. Verwandte ihrer Seits pro Lege & regula uſurpiren wollen. Dannenhero die Catholiſche zu allen ſolchen unbilligen Zumuthen ſich zumahlen nicht verſtehen noch ermeſſen können, ... ſondern thuen dem klaren Begriff des Religions-Friedens §. Es ſollen aber 2c. nochmahls inhæriren, Krafft deſſen dan die Domini Territo-

riales ein ſolch temperament in dieſem paſſu werden zu gebrauchen wiſſen, daß ſich keiner mit Fug darüber wird zu beſchwehren haben.

Conf. DE MEJERN. *pag.* 361.

In fine demum hujus ſcripti, ſe in declaratione die XXX. Junii facta firmos perſtare, aſſerebant, quam tamen cum Proteſtantes ſibi exhibitam ignorarent, eam cum illa, quæ ipſis XII. ejuſd. Menſ. (*vid.* §. *XIII. huj. Cap.*) intimata fuit, quoad ſubſtantialia omnino conſentire, Cæſarei atteſtabantur.

XVII. Proteſtantes igitur, ut imputatas contradictiones abs ſe amolirentur, operam dabant, quin tamen, mitiora amplexi, novam declarationem ederent, ut potius antiquis ſuis petitis inſiſtentes ii præſertim, qui Oſnabrugæ ad Gravamina deputati erant, reaſſumptionem tractatuum ſuper Gravamina cum Suecis fortiter urgerent, id quod tamen ægre audiebant, ferebantque Cæſarei; cum econtra Monaſterienſes ad inſtantiam TRAUTMANSDORFFII ſuper declaratione Catholicorum XII. Junii facta conferentias meditarentur, Oſnabrugenſibus diu multumque diſſentientibus, donec tandem Legatos Suecicos, in puncto ſatisfactionis cum Gallis conferendi cauſa, Monaſterium diſcedentes Saxo-Altenburgicus & Vinarienſis, ſequerentur, multisque de modo & ordine deinceps conferendi prævie compoſitis, ſuper materias Gravaminum ſingulas ordine à Cæſareis præſcripto per triduum plures conferentias inſtituerent, aſt nullo effectu ſubſecuto, ſiquidem in ſuis petitis valde pertinaces hærerent Proteſtantes, atque inter alia die XIX. Novembr. concluderent, V. ad Art. XII. Daß bey dieſem Articul nochmahls

zu

zu beſtehen, und wo das Exercitium publicum per pacta und privilegia nicht hergebracht, es blos auf die poſſeſſion in anno 1624. zu ſtellen.

DE MEJERN. *loc. cit. pag.* 417.

Ut tamen rei modus aliquando poneretur, differentias Catholicos inter & Proteſtantes adhucdum vertentes ſpecifice conſignarunt,

Vid. apud DE MEJERN. *loc. cit. pag.* 419.

quibus tamen nil rurſum proficientibus, congreſſus Cæſareos inter & SALVIUM Legatum Suecicum tentabantur, aſt eventu necdum correſpondente; quippe Cæſarei, cum præſertim de puncto exercitii Religionis tractaretur, repoſuere: Art. 12. Wolten ſie mit den Catholiſchen deliberiren, und ſehen, wie weit damit zu gehen ſeye.

DE MEJERN. *loc. cit. pag.* 425.

XVIII. Facta hac cum quibusdam Statibus Catholicis illuſtrioribus communicatione, Cæſarei ulteriori & pleniori Imperatoris inſtructi tandem ultimatam, ut inquiebant, Catholicorum declarationem concepere, eamque Proteſtantibus die XXI. Novembr. exhibuere, non aliter tamen valituram atque obligaturam (id quod non una vice Cæſarei repetebant) niſi per eandem refectis omnibus reliquis, quæ inter Status aut cum Imperatore adhuc controverſa eſſent, pax tandem tota conficeretur. In hac illis, quæ jam ſuperius §. XIII. hujus Capit. recitata fuere, ſequentem clauſulam addidere: Jedoch wofern deſſentwegen vor dieſem zwiſchen Reichs-Ständen und derſelben Unterthanen ſonderbare Vorkomnis und Geding wären aufgerichtet worden, die ſollen auch noch fürters unverbrüchlich gehalten werden.

Vid.

Vid. der Catholiſchen endliche Erklärung oder *Declaration in puncto Gravaminum.* apud DE MEJERN. *loc. cit. pag.* 439.

E qua primus veluti gradus apparet, in quo cum ſubditis Catholicorum Statuum quoad Religionis Exercitium Cæſarei condeſcendêre, ut ſcilicet illi ſubditi, qui pacto cum Dominis ſuis inito iſtud hactenus obtinuere, poſthac retinerent.

XIX. Adverſus hanc Cæſareorum declarationem multæ multorum Catholicorum Statuum proteſtationes atque contradictiones inſequebantur, de quibus potiſſimum teſtatum facit OXENSTIRNÆ Legati Suecici ad Legatos Proteſtantium die *XXVI.* Decembris Oſnabrugæ habita allocutio, ubi inquit: Daß vielmehr wider die Kayſerliche jüngſthin ausgeſtellte Erklärung (vermög eines abgeleſenen von Münſter anherkommenen vertrauten Schreibens) ultra viginti proteſtationes, innumeræ autem maledictiones (wie die Formalia gelautet) eingewendet, ja ſo gar auch Herr Graf von TRAUTMANSDORFF von etlichen, und ſonderlich von einer Fürſtl. Perſon vor das Thal Joſaphat citiret worden wäre.

Conf. DE MEJERN. *Act. P. W. Part. IV. pag.* 30.

XX. Proteſtantes vero Monaſterii in continenti monita generaliſſima, novendecim differentias, inter Catholicos & Proteſtantes adhucdum reliquas, complectentia verbis breviſſimis, latius poſtmodum Oſnabrugæ expoſitas, concepere, unaque petiere, ut Oſnabrugæ deſuper conſultationes ſuſciperentur, quæ demum elapſo unius menſis & amplius ſpatio menſe Februario anno MDCXLVII. in ædibus

bus

Digitized by Google

bus Comitis DE TRAUTMANSDORFF inchoabantur, præſentibus ibidem ex parte Catholicorum ſolis Legatis Cæſareis, abſque unius vel alterius Status Catholici ſtipatu; cum econtra ex parte Proteſtantium SALVIO Legato Suecico nonnulli Legati alii, atque inter cœteros THUMSHIRNIUS Legatus Altenburgicus, adjungerentur.

DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 8. *& pag.* 34.

Notari huc meretur conferentia tertia die VI. Februarii habita, in qua, dum ad præſentem materiam deveniretur, VOLLMARUS imprimis (a) legebat ultimam Cæſareorum declarationem, una cum clauſula jam ſupra relata: Jedoch wofern deſſentwegen ꝛc. addens, hanc quidem clauſulam, vitio erroreque ſcribentis, in nonnullis exemplaribus omiſſam, omnino tamen huc adjungendam eſſe. Neque tamen hac ſe contentos eſſe, Proteſtantes oſtendebant; ſiquidem (b) THUMSHIRNIUS non ad pacta ſolum & privilegia, ſed & ad obſervantiam & ad terminum anni MDCXXIV. reſpiciendum eſſe, contenderet. Cui vero, (c) non ſatis æquum fore, regerebat TRAUTMANSDORFFIUS ſi exhibita hactenus Dominorum Catholicorum in tolerando ſubditorum ſuorum exercitio benignitas & indulgentia in eorundem poſthac damnum & præjudicium verteretur. Aſt hoc inſuper habito THUMSHIRNIUS (d) poſſeſſionem in anno MDCXXIV. habitam repetita vice urgebat hiſce verbis: Wo ſie es anno 1624. hergebracht, würde es billig dabey ſein Verbleibens haben; & rurſus: Das meiſte betreffe nur den Adel und die Stádte, und wáre diesfalls auf die Poſſeſs de anno 1624. zu ſehen. Reponebat TRAUTMANSDORFFIUS (e) ſic regulam Statuum territorialem arctis nimium limitibus conſtringi, quam ta-

men in eadem jam conferentia paulo ſuperius, abſque ulla Proteſtantium contradictione, multis extollebat.

Conf. DE MEJERN. *Tom. IV. pag. potiſſimum* 62. & 63. Inſtabat nihilominus THUMSHIRNIUS (f) Proteſtantes ideo hactenus à Ferdinandea declaratione, tot litigiis expoſita, receſſiſſe, ſed impoſterum haud alia conditione receſſuros, niſi illimitate ſubditis omnibus, qui quovis modo anno MDCXXIV. liberum ſuæ Religionis Exercitium habuere, illud deinceps concederetur. Verum ſcite replicabat VOLLMARUS (g) ſi Ferdinandea Declaratio non ſubſiſteret, multo minus hoc eorum petitum ſtare poſſe. Quandoquidem vero nullo modo moveri ſe ad mitiora Proteſtantes ſinebant; tandem (h) ad ulteriorem cum Catholicis Statibus communicationem à ſe faciendam provocabat TRAUTMANSDORFFIUS, & ſic ad reliquos Articulos deliberandos progreſſus fiebat.

DE MEJERN. *Part. IV. pag.* 65. & 66.

XXI. Abſolutis hiſce conferentiis mox novam Cæſarei declarationem Suecis exhibendam adornarunt, cum interea Proteſtantes ad Legatum Gallicum Comitem D'AVAUX ſolennem eum in finem Deputationem ablegarent, ut Catholicis ulteriorem in puncto gravaminum remiſſionem perſuaderet. Aſt fruſtra: Inſecuta enim mox dicta Cæſareorum declaratio, quoad punctum præſertim Exercitii Religionis, ſolis anterioris declarationis terminis inſtitit, nec latum ab ea unguem receſſit, quamvis contra eandem ſuas Catholici plures querelas moverent, partim quod inſciis ipſis fere omnibus, ſi ſolos nimirum Legatos Electorales excipias, ejuſdem exhibitio facta fuerit, partim quod ipſi etiam TRAUTMANSDORFFII Collegæ præmaturam atque præproperam, neque tam ad ſtabilis ac perpetuæ cujusdam

pacis

pacis procurationem, quam ad alios fines tendentem ejuſdem agendi rationem minus approbarent.

DE MEJERN. *Part. IV. pag.* 77. *&* 83.

XXII. Proteſtantes, hac declaratione in antiquis terminis firmiter perſiſtente, multum offenſi die XX. Febr. coram Directorio Magdeburgenſi omnem poſthac cum Cæſareis vel Catholicis conferendi rationem detrectabant, decernebantque novam declarationem ſolis Suecis communicandam, qui deinde eam Cæſareis intimarent, ſine ullo adhuc forte addendo moderamine ac temperamento, effectui mandandam. Intimabant eam dicto modo die XXVII. Febr. utraque lingua, & Latina & Germanica, exaratam, ſatis cœteroquin duram & aſperam, verbis potius imperativis, quam declaratoriis conceptam, atque ita magis ad bellorum continuationem, quam pacis compoſitionem provocantem. In ea non tantum antiquis pertinaces inſiſtebant, ſed in variis capitibus multa addebant nova; atque quoad punctum exercitii Religionis potiſſimum contendebant, ut „ſubditi, „vel certis pactis, vel pure & ſpecialiter, Magiſtratui Catho„lico ſubjecti, qui anno MDCXXIV. quacunque anni par„te Exercitio Auguſtanæ Confeſſionis gaviſi ſunt, aut id „retro per pacta, privilegia, Jure antiquæ & hæreditariæ „protectionis, item longo uſu acquiſiverunt, retineant id „etiam impoſterum, una cum annexis &c. . . . deſtituti „quovis modo, item Religionis cauſa remoti & ejecti. . . . „ſine ulla exceptione in priſtinum ſtatum remittantur, iis „obtruſi Presbyteri & Religioſi Catholici amoveantur, *& omnia in Eccleſiaſticis & Politicis* in Statum A. MDCXXIV. reducantur maneantque &c.

Conf. DE MEJERN. *Part. IV. pag.* 94.

XXIII. Eadem adhuc die ſub veſperum SALVIUS Legatus Suecicus hac Proteſtantium declaratione inſtructus Legatos Cæſareos adibat, eorum hac in re ultimam animi ſententiam percepturus. Utrinque hac in conferentia ſupra modum ſevere pugnatum fuit, cum de extremis modo in puncto gravaminum ageretur. Uterque & TRAUTMANSDORFFIUS & SALVIUS ſuæ hic artis magiſterium, & abſolutum numeris omnibus Politices ſpecimen exhibere, alter alterum argumentis ſuperare contendebat. Cum igitur ſæpefata Proteſtantium declaratio legeretur, tanto Comes DE TRAUTMANSDORFF æſtu ſuccendebatur, ut ter e loco conferentiæ iratus recederet, & iteratis vicibus aſſereret, ſe millies malle mori, crudeleque ſubire Martyrium, ac in hæc Evangelicorum poſtulata conſentire; poſtremo tamen & ad finem conferentiæ conteſtatus, adhuc unam declarationem ex parte Cæſareorum pro omni & ultima vice proxime-inſecuturam eſſe, prout latius hæc omnia colligi poterunt ex Relatione d. d. Oſnabrug. die IV. Martii anno MDCXLVII.

apud DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 113.

XXIV. Igitur in vim horum die V. Martii Plenipotentiarii Cæſarei Legatis Suecicis promiſſam declarationem exhibebant lingua Latina conceptam, de qua etiam ſubſequente die VII. Martii reliquos Legatos Proteſtantes ad ſe vocatos certiores reddebant in ſpeciali propoſitione ad eoſdem habita & relata

apud DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 129.

in qua illud præ reliquis exaggerabatur, inter tot alia gravamina hactenus multum hinc inde controverſa, nunc vero, Catholicis quidem plurima cedentibus, ſatis feliciter confecta, unicam fere Exercitii Religionis materiam ſupereſſe,

eſſe, circa quam, poſt tot & tantas jam factas diſceptationes, conveniri necdum potuerit. Declaratio autem circa eandem ad XII.) tria hæcce Capita complectebatur. 1.) Jus Reformandi cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi Statibus Imperii immediatis competens, beneficiumque emigrandi in P. R. ſubditis conceſſum ſtabiliebatur, iiſdem fere verbis, quibus in ipſo P. O. Inſtrumento §. 30. ſtabilitum legitur. Huic autem 2.) ulterius ſubjungebantur ſequentia : „Interea tamen Status immediati Catholici „tam erga eos Landſaſſios, Vaſallos & ſubditos ſibi ſub„jectos, qui anno MDCXXIV. *nullo certo pacto, ſed ſola „conniventia, aut etiam invitis ſuis ſuperioribus* uſum & ex„ercitium A. C. habuerunt, quam erga alios, qui nullum „uſum obtinuerunt, eidem tamen confeſſioni addicti „ſunt, ita ſe benignos & clementes exhibebunt, ut nemo „juſtam conquerendi cauſam habere poſſit, modo ejus„modi Landſaſſii &c. &c. . . . Quodſi vero (demum 3s addebatur) „aliqua inter tales immediatos Imperii Statu. „eorumque ſubditos & Status Provinciales antehac PA„CTA interceſſiſſent, *Tranſactiones & Conventiones* de exer„citio Religionis vel introducendo, permittendo, conſer„vando, aut abrogando initæ eſſent, hujuſmodi pacta, „tranſactiones, conventiones & permiſſiones . . . . rata „atque firma permanento, nec ab iiſdem, niſi mutuo pa„ciſcentium conſenſu, recedere liceat.

Conſ. DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 123.

XXV. Ab hac ſua declaratione ut ad ulteriora Cæſarei permoverentur, Legatos Electorales Bavaros, ad ſe ſuaſque intentiones apud Cæſareos promovendas, variis

attrahere artibus, Proteſtantes ſtuduerunt; tum etiam altera mox die, VIII. nimirum Martii, eandem declarationem in deliberationem adduxerunt, ad ſingulos ejuſdem articulos ſua monita annotantes, quæ inter ad Artic. XII. ubi de Exercitio Religionis agebatur, monuerunt: *ſurrogetur Articulus Evangelicorum XII. mutatis mutandis.*

DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 142.

Super quibus variæ poſthac VOLLMARUM Cæſareum inter & SALVIUM Suecicum Legatum conferentiæ & colloquia habebantur, queis TRAUTMANSDORFFIUS, SALVII aculeis nimiumque mordacibus verbis in antehabitis conferentiis prolatis offenſus, nec intereſſe voluit, neque etiam intererat; Iis tamen adeo nihil efficiebatur, ut non obſtante ulteriore quadam à ſolo VOLLMARO facta declaratione, de qua

Vid. DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 177. §. *XXIII.*

in novo quoad punctum Gravaminum, quod Plenipotentiarii Cæſarei die IV. April. ſub rubrica: *Punctus gravaminum Inſtrumento Cæſareanorum ita inſertus &c.* ad Proteſtantes mittebant, projecto in ſæpedicta Exercitii Religionis materia nihil prorſus de eo, quod V. Martii jam ceſſerant, immutatum aut ulterius ceſſum offenderetur.

Vid. DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 186.

XXVI. Inde factum fuit, ut non tantum novæ adverſus Cæſareos Catholicoſque contradictiones, ſed & inter ipſos Proteſtantes diſſenſiones ſequerentur, aliis ad Cæſareorum placita ac mitiora amplectenda, aliis vero, quos

inter

inter THUMSHIRNIUS Legatus Altenburgicus facile primipilum egit, ad extrema quæque ſemper propenſis.

Conf. DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 190. & 486.

Ad poſteriorum tamen mentem projectum quoddam Inſtrumenti Pacis circa materiam gravaminum rurſus concipiebatur, in cujus Artic. XII. apud DE MEJERN. cit. Tom. pag. 198. relato priora quoad Exercitium Religionis ſubditis quibuſcunque, qui in anno MDCXXIV. quacunque anni parte & quovis modo habuerunt, impoſterum retinendo ita repetebantur, ut nec litera ibidem mutata offenderetur. Adverſus hoc projectum adeo concitabatur TRAUTMANSDORFFIUS, ut non tantum Oſnabruga Monaſterium mox diſcederet, relicta interim cœteris Plenipotentiariis Cæſareis, tribus ſuis Collegis; LAMBERGIO, CRANIO & VOLLMARO cum Suecis ulterius tractandi facultate, verum etiam variis expreſſionibus conſtantem ſuam contradictionem teſtaretur: Er finde das Inſtrumentum Pacis ſo eingerichtet, daß, wann er auch zu Stockholm in Gefängnus ſäſſe, er doch noch Bedencken trüge, ein dergleichen Inſtrumentum zu unterſchreiben; Et rurſus: Daß nach durchgeleſenen ſolchen Schwediſchen Inſtrumento Pacis, Ihme dahero gleichſam eine Ohnmacht zugefallen wäre, weilen Er beynahe 200. Puncten, welche Er nicht nachzugeben wuſte, darinnen begriffen befunden hätte ꝛc.

Vid. DE MEJERN. *Part. IV. pag.* 488. & 489.

XXVII. Interea cœperant, continuabanturque cum magno fervore inter dictos Cæſareos TRAUTMANSDORFFII Collegas & Suecos de Inſtrumento Pacis adornando conferentiæ; quæ vero ibidem pertractabantur, adeo ſecre-

ta cuſtodiebantur, ut nemini fere Statuum, niſi privatiſſime, quidquam innoteſceret. Secreti autem tam rigide obſervati cauſa in eo erat, quod utrinque tam Cæſareorum, quam Suecorum ex parte pertimeſceretur, ne, ſi Pacis Inſtrumentum, ejuſque projectum in forma cum omnibus communicaretur, tot & tanta eorum præſertim, qui ſatisfactiones prætendebant, monita occurrerent, ut forte nunquam ad optatum exitum res perduci poſſet. Inter ſe igitur totum Inſtrumentum conficere & regulare, illudque deinde reliquis eum in finem communicare conſtitutum ſibi habebant, ut, ſiqui eo non contenti forent, ſuis ſumptibus & periculo bellum poſthac continuarent.

MEJERN. *cit. loc.*

Porro ſub idem tempus Legati Gallici Monaſterii degentes Poſtulatis Catholicorum aſſiſtere, eaque manutenere cœperant. Inde quippe ſat ſecura notitia perveniebat, ſe à ſua Aula id in mandatis tuliſſe, Suecis, Statibusque Proteſtantibus ut inſinuarent, ex parte Coronæ Francicæ haud permiſſum iri, ut ultra ſuas ultimato jam datas reſolutiones Catholici gravarentur, denegatis etiam hunc in finem, ſi opus fuerit, ulterioribus ſubſidiis militaribus, ſuisque copiis à Suecicis ſeparatis.

DE MEJERN. *Part. IV. pag.* 499. §. *VI.*

XXVIII. Poſt hæc XXX. April. Plenipotentiarii Cæſarei Legatos Saxonicos & Brunſuicenſes ad ſe vocabant, inquientes illis, Tractatus in puncto Gravaminum, præter duo alia capita, potiſſimum in puncto exercitii & Autonomiæ ſubditis per Imperium concedendi adhucdum hærere, ſe propterea ſuum deſuper projectum denuo exhibere, in quo præter illos ſubditos, quibus pacta antece-

tecedanea ſuffragantur, ſicut jam in antecedentibus declaraverant, etiam iis, qui conniventia Dominorum ſuorum uſum & Exercitium ſuæ Religionis publicum privatumve habuerunt, ut illud etiam impoſterum retineant una cum annexis &c.„ conceſſere.

Vid. Der Kayſerl. Geſandten Auffaß *de Autonomia per Imperium* apud DE MEJERN. *Part. IV. pag.* 515.

XXIX. Ad hoc projectum ſuas rurſus differentias notis marginalibus concipiebat THUMSHIRNIUS;

Vid. apud DE MEJERN. *loc. cit. pag.* 518.

tum vero inter Proteſtantes conſultationes fiebant, in quibus illud potiſſimum agitabatur, quatenus Cæſarei permoverentur, ut *Regulam illam generalem de Jure Reformandi Juri Territoriali annexo* ſuo projecto Exordii loco præfixam, velut ſubſequentibus diſpoſitionibus, privatæque conſcientiarum libertati contrariam deinceps omitterent.

Conf. DE MEJERN. *Part. IV. pag.* 419. §. *IX.*

His tamen fruſtra tentatis Cæſarei tandem Suecis ultimum ſuum projectum communicavere, quod apud DE MEJERN. Part. IV. pag. 536. ſub *hoc titulo* exhibetur: *Formula Cæſareanorum de Gravaminibus Eccleſiaſticis, Suecicis Legatis exhibita, & ita concepta, ut pauca deſiderentur, à Suecis vero rurſus Evangelicis exhibita Die XIV. Maji MDCXLVII.* In hujus §. XII. pro materia Exercitii Religionis & Autonomiæ ſubditorum deſtinato ponebatur inprimis, non attentis Proteſtantium præcedentibus conſultationibus, Regula generalis de Jure Reformandi, iiſdem omnino verbis, quibus nunc in ipſo Pacis Oſnabrugenſis Inſtrumento Art. V. §. XII. 30. expreſſa legitur. Cui deinde, ut Proteſtantium petitis tandem omnino condeſcen-

Neque hoc Catholicis omnino improbabat TRAUTMANSDORFFIUS ipſemet, cum Deputatis ad ſe die XVIII. Junii Proteſtantibus hæc ſimiliaque loqueretur: Es ſeye nicht ohn, daß defectus Mandati & Inſtructionis, ein ſolch motiv, die nicht unbillig attendiret wird: Et rurſus poſt pauca interpoſita: Die Heimſtellung dieſer Tractaten an die Kayſerl. wäre allzeit cum conditione ratihabendi geſchehen: Demum die Evangelici hätten gleichwohl zu Oßnabrück die Schwediſchen an der Hand, und mit ihnen täglich communiciren können, auch alſo einen guten Vortheil von denen Catholiſchen gehabt.

Conf. Protocollum was bey denen Herrn Kayſerlichen von den Evangeliſchen Ständen angebracht worden, Münſter den 18ten Junii 1747.

apud DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 618. & 619.

Interea tamen eoſdem Catholicos modis omnibus adducere eo conabatur, ut in illa, quæ abs ſe, ſuisque Collegis Legatis Suecicis conceſſa fuere, conſentirent, habita hunc in finem die XIX. Junii ad eoſdem copioſa & energica propoſitione relata

apud De MEJERN *Part. IV. pag.* 621. *ſeqq.*

in qua factæ hujus à ſe ſuisque collegis conceſſionis cauſas, velut 1.) importunam Deputatorum Proteſtantium, cui reſiſti non poterat, inſtantiam, 2.) ſiniſtram belli armorumque eo ipſo tempore, quo ſupra dicta Suecicis conceſſa fuere, infauſta quævis undique minitantium fortunam, 3.) non ſatis arctam, firmam atque unanimem Statuum Catholicorum conjunctionem &c. recenſebat.

XXXI. Hiſce vero cum Catholicorum animos inflectere haud poſſet, diſceſſit demum penitus, atque ad Au-

verat, Editione Lipſienſi Relationis Hiſtoricæ ADAMI ADAMI truncaſſe, vitiaſſe, ac omiſiſſe, à dicto Authore ex eodem, quo Dn. de MEJERN uſus erat, autographo fertur. *Vid. Præfatio huic libello à præfato Autore præmiſſa.*

XXXII. Catholici interea Monaſterii examinandis Cæſareanorum Inſtrumentorum conceptibus detenti ſub finem ejuſd. Septembris, aut certe ſub initia Octobris Legatis Cæſareis ſcriptum quoddam ſub Titulo: Bedencken der Catholiſchen Stände über das letzt ausgeſtellte Kayſerl. *Inſtrumentum Pacis* exhiberi fecerunt, in quo loco ſperatæ ratificationis tanta variorum *Gravaminum communium & particularium farrago* offendebatur, ut iidemmet Legati Cæſarei multas adhuc exinde ſuborituras diſputationes, longamque pacis retardationem non vane metuerent.

Vid. de MEJERN. *Tom. IV. pag. 767. §. XXXI.* Inter ipſos quoque Proteſtantes inde ſuſpicio erat, Catholicos in armis potius, quam Tractatibus fiduciam deinceps collocare, atque pro invertendis illis, quæ hactenus tractata fuere, impetrandisque acceptioribus, reſtauratis etiam exercituum, quorum reunionem à Catholicis petitam fuiſſe, Electori Bavaro CHRISTIANUS Marchio Culmbacenſis objectum ibat, viribus laborare.

XXXIII. Id genus ſuſpicionis ut à ſe Catholicisque Bavarus amoliatur, „Literis Imperatorem interpellat, „incitatque, Cæſaream contemptis Catholicorum oppoſi„tionibus ut interponat authoritatem, jubeatque ſuos „Plenipotentiarios præcipuorum quorundam Catholico-

„rum aſſenſu duntaxat accedente, pacem quam citiſſime „promovere. Hoc poſtulare præſertim Reipublicæ Ca„tholicæ Statum plane afflictiſſimum, & belligerandi de„inceps impoſſibilitatem. Nec deeſſe, qui eandem ſe„cum opinionem amplectantur, Principes alios, interque „Electores Saxonem, atque inter Eccleſiaſticos Principes „Bambergenſem & Herbipolenſem.„ Incuſabat præterea hiſce in literis ANSELMUM CASIMIRUM Electorem Moguntinum, tanquam reliquorum Catholicorum contradicentium anteſignanum, qui tamen mox poſt hac ex mortalitate in alteram vitam evocatus fuerat, ſuffecto in illius locum JOANNE PHILIPPO ex Nobiliſſima SCHOENBORNIORUM Familia jam antea Epiſcopo Herbipolenſi, qui à partibus Bavari jam ſteterat, inque pacem quibuſcunque tolerabilibus conditionibus concludendam adeo propendebat, ut mox omnia Anteceſſoris ſui conſilia immutaret.

Vid. Emblem. MEJERI. *Edit. II. pag.* 38. 39. *&* 42.

Neque ipſi etiam Legati Cæſarei defuerant, quo minus crebras ſuas de contradictionibus Catholicorum ad Imperatorem relationes facerent; Quin & Catholici ipſimet ſua notamina ad conceptum Inſtrumenti Pacis præſente adhuc TRAUTMANSDORFFIO confecti ad eundem Imperatorem deferebant.

XXXIV. Quibus ita à variis à ſe delatis varie quoque affectus Imperator mox in notis ad modo dictum Inſtrumentum Pacis Electori Saxoniæ miſſis ajebat: Die darauf folgende §§§. aber, als da iſt: §. *Hoc tamen non obſtante &c.* §. *Pacta autem &c.* §. *Illi vero Catholicorum ſubditi &c.* bis *ad verſum: Sive autem Catholici &c.* kan man Catholiſcher

ſcher Seits nicht zugeben, zumalen ſolche die vorhin geſezte Regul, *de Jure Reformandi ſubditos*, und die deswegen in Religions-Frieden beſchehene Fürſehung, daß keiner des anderen Unterthanen, bevorab in Religions-Sachen ſchützen und verſprechen ſolle, ganz und zumahlen umkehren thäten ꝛc.

apud de MEJERN. *Tom. V. pag.* 549.

ſuis porro Legatis in mandatis dabat, ut, non attentis Catholicorum oppoſitionibus, pacem abſque mora concluderent, manutenerentque ea, quæ præſente adhuc TRAUTMANSDORFFIO tranſacta fuere. Ita tamen, ut Catholicorum, vel omnium, vel ſaltem plerorumque & illuſtriorum conſenſus deſuper obtineretur.

Vid. bina Inſtructio Cæſarea ad Legatos data, atque relata à Dn. DE MEJERN: *Tom. IV. pag.* 815. *& ſeqq. ſub. N. I. & II. & jung. Emblem.* MEJER. *cit. pag.* 37.

Atque hanc poſtremam Imperatoris reſolutionem ipſi quoque Proteſtantes Oſnabrugæ congregati amplectebantur, inque conventibus ſub idem tempus frequenter ibidem habitis ſtatuere, „ ſi vel potentiorum Catholicorum in „poſtulationes ſuas aſſenſum adipiſci poſſent, præcipue „autem Electorum, nec non Salisburgenſis, Bambergen„ſis & Herbipolenſis Archi- & Epiſcoporum, ſe, negle„ctis cœteris, in concluſionem deſcenſuros.

cit. Emblem. MEJERN. *pag.* 38. *ab initio.*

XXXV. Tandem VOLMARUS, OXENSTIRNÆ cœterorumque Proteſtantium votis parens, poſtquam Cæſarea juſſio acceſſiſſet, Oſnabrugam ſe confert menſe Novembri, decimo ſcilicet octavo Calendas Decembris, quem non longe poſt Catholicorum Ordinum Legati paſſim omnes inſequebantur, quilibet à ſe, à Religione Catholica damnum, ut poſſet, averſurus.

XXXVI.

XXXVI. Mox ut hæc inaudiit Apoſtolicus Nuntius Monaſterii relictus, ad Imperatorem, ejusque Plenipotentiarios Oſnabrugæ commorantes, ad Electores Trevirenſem & Colonienſem, ad Principes Salisburgenſem, Bambergenſem, Conſtantienſem, Baſileenſem, Brixienſem, Tridentinum & Fuldenſem, nec non ad aliorum Ordinum Catholicorum Legatos Oſnabrugæ degentes literas de die XXIX. Novembr. deſtinabat, queis eoſdem, ut hoc tempore, quo de Tractatuum ſumma agi videretur, conſtantia & magnitudine ſua affectum in Religionem Catholicam quisque comprobaret; ſingularum literarum apographa exhibent

Emblem. Mejeri *ſæpius cit. à pag.* 43. *& ſeqq.*

ſed & Legati Cæſarei „Catholicos denuo Oſnabrugæ ag„grediuntur, explicataque pacificandi neceſſitate partim „obſecrant, partim imperant, ne ulterioribus exceptioni„bus præſentem tranquillandi Imperii occaſionem repu„dient, aut longiore mora Proteſtantes ob vicinam, imo in„cumbentem ipſis conjunctorum exercituum molem in „deſperationis conſilia ultima impellant.

Emblem. Mejeri. *pag.* 48.

XXXVII. Hiſce diverſis tum Nuntii Apoſtolici, tum Legatorum Cæſareorum propoſitionibus velut in bivio conſtituti, atque inter ſe diviſi Catholici pars eorum, qui ſcilicet hactenus Inſtrumento Trautmansdorffiano contradixiſſent, iiſdem Legatis Cæſareis, hi vero Suecis die VII. Decembr. ſuper projecto Cæſareo Inſtrumenti Pacis declarationem exhibuere, in qua diſertis ajebant: §. *Quantum deinde ad Comites &c.* XII.) verſ. *Hoc tamen non &c.*

Catho-

Catholici hæc omnia omitti, atque in terminis Pacis Religioſæ relinqui poſtulant &c.

apud DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 825.

Pars vero, qui nimirum TRAUTMANSDORFFIANO conceptui hactenus ſteterant, urgere feſtinam cum Proteſtantibus concluſionem non deſiſtebant.

Emblem. MEJERI. *pag.* 53.

XXXVIII. Juvat hic pro exactiori rerum notitia nominatim recenſere Catholicorum fere ſingulos, qui TRAUTMANSDORFFIANIS projectis vel conſtantes reſtitere, vel iiſdem aſſenſum præſtitere. Id ſubjunctis quibusdam notatu omnino dignis reflexionibus hiſce referunt

ſæpe cit. Emblem. MEJERI. *pag.* 63.

„Qui Cæſareis, inquiunt, cum aſſenſu aliorum factis con„ceſſionibus hoc tempore aut contradicebant, aut non „poſitive aſſentiebantur, inter Catholicos erant *Burgun„dus*, *Biſantinus*, *Teutonicus* (qui & *Halberſtadienſis*, *Ar„gentinus*, *Paſſavienſis*, *Hirſchfeldenſis*, *Murbacenſis*) nec „non *Auguſtanus*, qui antiquæ contra Pacem Religionis „factæ proteſtationi conſtanter inhærebat, *Ratisbonenſis*, „*Oſnabrugenſis*, *Mindenſis*, *Verdenſis*, *Eichſtettenſis*, *Viro„dunenſis*, *Curienſis*, *Campidunenſis*, *Corbejenſis*, Prælato„torum Imperialium, & inter Sæculares *Ducis Neoburgici*, „non ſolum, quod cauſæ Palatinæ compoſitio illi adver„ſaretur, ſed etiam, quod Religioni & Statui, bonisque „Eccleſiaſticis præjudicaretur, *Sabaudi*, *Comitum Sueviæ*, „& *Civitatum Catholicarum Legati*. Cum Cæſareanis au„tem, niſi ubi de damno proprio agebatur, conſentie„bant plerumque *Moguntinus*, *Bavarus*, *Bambergenſis*, „*Herbipolenſis*, *Conſtantienſis*, *Baſileenſis*, *Badenſis*.

Digitized by Google

„*Trevirenſis* (qui & *Spirenſis*) ſua curans, quid alii facerent, „aut paterentur, negligebat : Sæpius tamen dixiſſe au- „ditus fuit, nolle ſe ligari aut gravari Pacis hujus articu- „lis, ſecus publice proteſtaturum. *Colonienſis* ſuo & Epi- „ſcopatuum ſuorum nomine, *Salisburgenſis*, & *Friſingen-* „*ſis* poſitivum aſſenſum & cooperationem in conceſſiones „negabant .... Tametſi vero etiam plures eſſe conſta- „ret, qui ſupra ſcriptis conceſſionibus diſſentirent, pau- „ciores, qui aſſentirentur poſitive; hoc tamen aut præte- „rire ſilentio, aut contradictores nomine ALIQUORUM „duntaxat complecti, viſum fuit Cæſareanis, & adſtipula- „toribus: cum præcipue inter ipſos & Suecos ac Prote- „ſtantes jam conveniſſet, quod nulla contra Inſtrumen- „tum Pacis facta proteſtatio, aut contradictio robur obti- „nere debeat.

XXXIX. Ad ſupra dictam vero Catholicorum quorundam declarationem ante quam reſponderent Proteſtantes, diu cunctati, tandem XXI. Januarii MDCXLVIII. congregatis quibusdam Catholicis expoſuere, quanto mœrore hactenus ſufferre coacti fuerint, quod pacis inſtituti Tractatus non tam progrediantur, quam retro cedant, non ſecus ac navis, quæ dum vicina portui ſit, in altiſſimas maris procellas ſubitaneo ventorum impetu abripiatur &c. . . . Cœlum potius ruiturum ſe credidiſſe, ac eam ſcripturam expectaſſe, quam Catholici nuper compilaſſent. Profecto ſe majorem, quam Catholicos querendi ſuper Inſtrumento Pacis TRAUTMANSDORFFIANO cauſam habere. Neminem eſſe, qui dubitare poſſit, ſi perpenderit, quam multa Catholicis ipſi indulſerint, quæ majores illorum nunquam indulſiſſent. . . . Inter alia ex- ercit-

Digitized by Google

ercitium Auguſtanæ Confeſſionis in Catholicorum Territoriis ad Statum anni MDCXXIV. reſtringi, quod ex manifeſtiſſima Pacis Religioſæ diſpoſitione liberrimum, nulloque circumſcriptum tempore fuerit &c.

Vid. cit. Emblem. MEJER. *pag.* 58.

XL. His Proteſtantium aſſertionibus imputationibusque poſtquam tum ipſi Catholici, tum Cæſareani contradixiſſent,

Vid. quæ in Emblem. MEJER. *pag.* 61. *ſub. fin. referuntur.*

quidnam deinceps facto opus eſſet, reſpondendumne? Cæſareanorum, an Catholicorum nomine? ulterioresne & quidem ultimatæ reſponſiones dandæ, nec ne? dubitabatur. Qui in contradictione perſtabant Catholici, ſuam, quam elapſo nuper Decembri declarationem dedere, iterabant;

Vid. apud de MEJERN. *Tom. IV. pag.* 938.

Eam tamen velut priorum repetitionem Proteſtantes rejiciebant; Elector autem Bavariæ, cui & Moguntinus & Trevirenſis, aliique nonnemines, ii ſcilicet, qui à TRAUTMANSDORFFIANIS partibus erant, adſtipulabantur, adductis ex comminato ſaltem coronarum, ſi non ex imminente periculo, rationibus, jam tandem ultimas omnino à Cæſareanis extrādi reſolutiones, neceſſarium eſſe cenſebant. Cumque morari Cæſareanos adverterent, particulari colloquio, quod Cæſareani aliquando conventiculum dicebant, Proteſtantes aggrediebantur, & quod hucuſque Cæſareani non fecerant, auſi abſque omni aliorum præſcitu, nedum aſſenſu, de graviſſimi momenti negotiis ma-

gna reliquorum admiratione diſceptabant, & vix non pro arbitrio ſtatuebant.

Emblem. Mejer. *pag.* 61.

XLI. Inſolitam hanc in Imperio procedendi rationem pertæſi contradicentes Catholici, maxime quod nonnunquam præſentiam ſuam in conſultationibus publicis data opera negligi exiſtimarent, Monaſterium regreſſi ſunt alii; alii quidam, licet Oſnabrugæ remanerent, ipſam tamen Cæſareanorum declarationem adhuc reſpuebant, quamvis animo ſenſim ita comparati animadverterentur, ut nemo inter illos, per ſuas, quas fecerat hactenus, contradictiones, pacem impedire, aut factam violare cogitaret.

Emblem. Mejeri. *pag.* 63. & 64.

Facile proin erat, illos eo inducere, ut, cum eorum, ſcilicet contradicentium, aliqui in puncto gravaminum deputationis Jure ordinario hactenus gauderent, illud hac vice ſponte cederent, inque eorundem locum alii Deputati extraordinarii ſubſtituerentur, per quos deinceps acta & geſta velut communi omnium nomine acta geſtaque, non attenta aliorum contradictione, haberentur.

Vid. Emblem. Mejer. *pag.* 64. & 65.

XLII. Subſtitutis autem hiſce menſe Februario Cæſareos inter & Suecos per alternationem, nunc in Cæſareanorum, nunc in Suecorum domiciliis congreſſus & conferentiæ plures fiebant, Deputatis utriuſque Religionis in vicino quodam ſeparatoque conclavi diſceptationum exitus præſtolantibus, ſuisque dein ſuffragiis vel extemplo, vel prout res ferebat, longioris conſultationis interventu temporeque, ac loco opportunis tractata approbantibus,

Digitized by Google

tibus, ſuaque tandem ſubſcriptione, quod approbatum eſſet, corroborantibus.

cit. Embl. MEJER. *loc. cit.*

XLIII. Poſtquam igitur in prioribus ſeſſionibus punctus Juſtitiæ tractatus, abſolutusque fuiſſet, die XXII. Febr. materia Exercitii Religionis & autonomiæ reaſſumebatur, Cæſareanis mox à limine conferentiæ novum deſuper projectum offerentibus, inque eodem circa punctum Exercitii illud concedentibus, ut ſubditi .... „qui „publicum A. C. Exercitium anno MDCXXIV. quacun„que anni parte, *ſive certo pacto aut privilegio ſive longo „uſu*, à ſuis Catholicis ſuperioribus obtentum habuerunt, „retineant id etiam impoſterum, una cum annexis, qua„tenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe pro„bare poterunt &c.

Conf. de MEJERN. *Tom. V. pag.* 506.

Item Emblem. MEJERI *pag.* 69. *& ſeq.*

Projectum iſthoc Cæſareanorum illis, qui Oſnabrugæ præſentes erant, Catholicis non diſplicebat, uti *Emblem.* MEJERI. *pag.* 73. referunt. Imo, quod MEJERUS *Tom. V. pag.* 511. addit, eorundem ingens maturandæ, ad hujus projecti ductum, concluſionis pacisque conficiendæ deſiderium Dr. KREBSIUS, Legatus Bavarus, manifeſtabat, Deputatos Proteſtanticos inter alia ſic alloquens: Dann Chur Maynz, Chur Trier, Chur Cöllen, ſein gnädigſter Churfürſt, Salzburg, Bamberg, Coſtanz, Aichſtädt, Worms, Speyer, und andere Geiſtliche in Schwaben, wolten einmahl aus dem Krieg ſeyn. . . . Derohalben man auf einen kurzen modum zu gedencken habe, und daß etwa nur mit Ihm die Puncten durchgangen

würden, damit er vernehmen könne, worauf die Evangeliſche endlich zu beſtehen gemeynet wären, er wolle ſodann wohl mit der Auctorität ſeines gnädigſten Churfürſten bey anderen Catholiſchen durchdringen, wir ſollten nur ſehen, daß morgen in puncto Autonomiæ ein Schluß erfolge ꝛc.

XLIV. Verum Proteſtantes, interque eoſdem potiſſimum THUMSHIRNIUS Legatus Altenburgicus, in præfato Cæſareanorum conceptu multos adhuc defectus reprehendebant, & quod, omiſſis aliis, huc loci pertinet, nullam in eodem Exercitii *privati*, *ſuperiorumque conniventiæ* fieri mentionem conquerebantur. Ut igitur verba: *Exercitium privatum* conceptui Inſtrumenti Pacis insererentur, adderetur que poſt verba: *longo uſu:* clauſula: *aut ſola denique obſervantia*, ceu ſub qua ſuperiorum conniventia comprehenderetur, inſtantiſſime petebant.

Vid. de MEJERN. *Tom. V. pag.* 522. *ſeq.*
Jung. EMBLEM. MEJER. *cit. pag.* 73.

XLV. Petito huic Proteſtantium, quoad mentionem de Exercitio privato faciendam, annuebant brevi Catholici, Oſnabrugæ præſentes, exceptis Colonienſi, Trevirenſi & Bavaro, qui, quod ſuas etiam terras hoc privatum exercitium concernebat, aliquamdiu reluctabantur.

Conf. de MEJERN. *Tom. V. pag.* 528. *ibi.*
Daß quoad materialia ſie (die Catholiſche) den geſtrigen Auſſatz in etlichen Stucken geändert, und in gradu primo auch Exercitium privatum, wie es anno 1624. geweſen, verſtattet.
& pag. 526. *ibi:*

parti-

particulariter aber wolle Cöllen, Trier und Bayern eximiret ſeyn; wann es nun ein ſolche Meynung haben wollte, hielten ſie, die Herrn Schweden, dafür, daß die Handlung ganz ohne Effect ſeyn würde. Inſertionem vero verborum: *aut ſola denique obſervantia*, repudiabant primitus Catholici, malebantque *Ly Conniventia ſuperiorum*, id quod in projecto TRAUNTMANSDORFFIANO expreſſum erat, relinqui. In quo tamen cum & Sueci & Proteſtantes reliqui, ob difficultatem faciendæ circa conniventiam probationis, cedere nollent, tandem etiam Catholici, præeuntibus Legatis Cæſareis, conſenſere, teſtante in hanc rem

de MEJERN. *Tom. V. pag.* 532. *ibi:*

Allein könnten ſie (die Catholiſche) bey den §. *Hoc tamen non obſtante &c.* die Wort: ſola denique obſervantia nicht paſſiren laſſen, ſondern hielten beſſer das alte Wort: Conniventia: zu ſetzen. Dieſes aber wolten Evangelici propter difficilem probationem ſcientiæ conniventis keinesweegs nachgeben, weil dieſes die importanteſte Wort wären, von deren Kraft und norma das Vornehmſte in der ganzen Autonomia dependire; bis endlich die Kayſerliche Geſandte, da ſie geſehen, daß die Schweden, und Evangelici nicht davon abgehen wollten, darunter nachgaben.

XLVI. Tandem vero conventis hiſce, die XVIII. Martii *St. n.* anno MDCXLVIII. *utrinſque*, ut loquuntur *Emblemata* MAJERI *pag.* 77., *partis placito, contradictione aliquorum non attenta*, hic de Exercitio Religionis & autonomia articulus, ſicuti in I. P. O. Art. V. §. XII. 30.

31.

Digitized by Google

31. & ſeq. extat, concludebatur, ſubſcribentibus illum ex parte Catholicorum JOANNE CRANIO Plenipotentiario Cæſareo, & NICOLAO GEORGIO REICHERSBERGER, Legato Moguntino; ex parte vero Proteſtantium JOANNE ADLER SALVIO Plenipotentiario Suecico, & WOLFGANGO CONRADO à THUMSHIRN Legato Saxo-Altenburgico.

Vid. de MEJERN. *Tom. V. pag.* 538. *ſeq.*

Item *Emblem.* MEJERI. *cit. pag.* 77.

Atque ita demum poſt longas plurium annorum diſceptationes, difficultatesque, uti ex hactenus dictis claret, fere innumeras hac Pacis Weſtphalicæ ſanctione diverſæ Religionis ſubditis, qui anno *MDCXXIV.* quacunque anni parte ſive publicum ſive privatum ſuæ Religionis exercitium habuerunt, in futurum etiam conceſſum fuit, id quod hoc altero Diſſertationis Capite erat demonſtrandum.

CAPUT III.

Hanc Exercitii Religionis libertatem ultra P. W. conceſſionem plus juſto & in præjudicium Domini territorialis à Proteſtantibus hucuſque extenſam fuiſſe, allegatis variis factis & exemplis declarat.

SUMMARIA.

I. *Anacephaleoſis prioris Capitis, & brevis ejuſdem* §. 31. *Art. V. P. W. Hiſtoriæ Epitome.*

II. *Qui cum Sedes ſit libertatis Exercitii ſubditorum, in nimi-*

Digitized by Google

nimium ſuperioritatis Territorialis præjudicium perperam extenditur.

III. *In foro principia ejuſmodi, hodiernis neotericis ſententiis conformia propugnari primum cæperunt.*

IV. Primum Exemplum *cauſa Capucinorum Hildeſienſium ſuppeditat, quæ, adjecta Pactorum aut Receſſus Hildeſienſis mentione, enarratur.*

V. *Delata ab Electore Colonienſi, tanquam Epiſcopo ſimul Hildeſienſi ad Comitia, ab his ad Conventum Deputatorum Francofurtanum remittitur, qua occaſione* primum *hac ſuper re* ſcriptum Catholicorum *prodiit.*

VI. *Electoris Colonienſis & Catholicorum argumenta communi P. W. ſanctione & interpretatione, neutiquam vero pactis ſpecialibus nixa breviter recenſentur.*

VII. *Contraria Proteſtantium indicantur hodiernis ratiociniis quaſi præambula;*

VIII. *Ipſo cauſæ pro Epiſcopo deciſæ exitu ſatis reſutata.*

IX. Alterum exemplum *cauſa Hœxterana præbet, nullo quidem ſcripto publico,*

X. *Decreto tamen à Commiſſariis Cæſareis edito admodum inſignis;*

XI. *Quod ipſum recentiorem plus petitionum ſubditorum Proteſtantium geneſin demonſtrat.*

XII. & XIII. *Cauſa Wertheimenſis recenſetur.*

XIV. *Non tamen deciſionis, qua caret, inde repetendæ, ſed* ſcripti, *ea occaſione à* SCHUZIO *editi, commemorandi cauſa.*

XV. *Cujus duplex pars plus petitiones Proteſtantium ad civilia adeo & adiaphora extendi tum cœpiſſe docet.*

XIV. *Succeſſere poſthac* Vindiciæ Hildeſienſes, *& his oppoſita* Facti ſpecies.

L XVI.

Digitized by Google

XVII. *Tractatuum Pacis Ryſwicenſis occaſione prodiit commentatio Autoris Anonymi ſub titulo :* Wahrhafte und in dem *Inſtr. P.* gegründete Auslegung *ꝛc. ſuo tamen effectu deſtituta ;*

XVIII. *A* CHRISTIANO RITTMEJERO *in* Vindiciis Juris Reformandi *impugnata.*

XIX. *Cauſa Palatina contentionem ſuper templo Sancti Spiritus Heidelbergæ concernens tanquam poſtrema Epocha & illuſtrior ſiniſtrarum P. W. contorſionum deſignatur ,*

XX. *Edito authoritate ſic dicti Corporis Evangelicorum ſcripto ſub titulo :* Ungrund des *Simultanei &c. & normæ inſtar Univerſitatibus incompetenter præſcripto.*

XXI. *Cui denique acceſſit alterum :* Urſprung des *Simultanei.*

XXII. *Cæſareæ Commiſſionis hanc in rem Decretum de XII. Aprilis MDCCXX. refertur.*

XXIII. *Exiguo tamen hactenus Proteſtantium Doctorum obſequio ſubſecuto.*

XXIV. *Earundem plus petitionum continuationem Dierdorfſenſis Monaſterii erectio docet , uti rationes ab utraque parte allegatæ teſtantur.*

XXV. *Cujus caſus ſpecialia extremam earundem extenſionem antehac inauditam exhibent.*

XXVI. *Hodiedum deductione utraque ſupra memorata nituntur ; Catholicis econtra veræ Pacis literæ ſemper inhærentibus.*

I. Quæ

Digitized by Google

Quæ Capite priori prolixe deducta fuit, ipſorum Pacis Weſtphalicæ Tractatuum Hiſtoria luculenter ſatis edocet, quid demum circa ſubditorum Exercitii libertatem eadem Pactione publica, atque ipſius Articulo V. §. 31. communi Paciſcentium conſenſu concluſum fuerit, & quo demum modo in eadem, quæ §. allegatus continet, verba conventum. Sed neque vel obiter hæc intuentem latere poterit ſumma illa difficultas, contradictio ſæpe iterata, renitentia diuturna atque pertinax, quacum demum ad acceptandas conditiones ejuſmodi tam duras, tamque aſperas ſeſe adduci paſſi ſunt Catholici, cujus brevem quaſi epitomen ex Pfanneri *Hiſtor. Comit. Ratisbon. Lib. VI.* §. 50. mutuamur ſtrictim relatam ibidem in verbis: „Oſnabrugæ in „ipſis hujus negotii primordiis in eam Evangelicos Ca„tholicoſque hac ſaltem in re (in regula videlicet ſupe„rioritatis Territorialis) non diffidentes coaluiſſe ſenten„tiam, ſacrorum inſtituendorum facultatem penes eum „eſſe, qui Imperio potiatur, ita tamen temperandam, „ut ſubjectis Religionis Evangelicæ retinendæ exercen„dæque venia fieret: quibus primum ultra largituros ſe„ſe negârint Catholici, quam ut eo rerum ſacrarum ſta„tu unius ſæculi intra ſpatium iſti gaudere pergerent, „qualis anno MDCXXIV. fuiſſet; donec eo tandem de„curreretur, ut, quæ anno MDCXXIV. iſtorum fuerat „conditio, ea porro perpetua eſſet. Ita civium Religi„oni ſatis conſuluiſſe ratos Proceres nihil decreviſſe, imo, „ut decernerent, ne induxiſſe quidem in animum, quo „in cœteris Principum Juri officerent, neque ultra illis

„proſpectum voluiſſe, quam ut Exercitium ſive publi-
„cum ſive privatum iis permaneret; quatenus id anno
„MDCXXIV. exercitum fuerit, atque fuiſſe probari que-
„at. Coerceri voluiſſe Jus Imperantium, quo ſubjectis
„graves eſſe poſſint, non quo ſine horum fraude noxa-
„que uterentur.

II. Verum ſicut nihil fere tam diſertis tamque liquidis legibus determinari facile poteſt, quod humana opinandi licentia, quam præ reliquis Jurium ſpeciebus Jus maxime Publicum ſibi infenſam experitur, convenientiæ plerumque propriæ intenta, ac præpotentia præterea adjuta invadere, inturbitare, & impugnare non auſit; ita manifeſtiſſimus ſæpius ſanctiſſimarum circa Religionem diſpoſitionum, quæ ad firmandam diverſis in Imperio ſacris tranquillitatem candidiſſima ſummorum Paciſcentium mente in Pacificationibus Religioſis fuerunt conditæ, ſenſus ac verus intellectus, mirum eſt, quam perverſis & ſiniſtris interpretationibus fuerit contortus. Propius proinde ad ſcopum noſtrum acceſſuris ſupereſt, ut oſtendamus opinionum illarum atque interpretationum geneſin, atque progreſſum, quibus §. *Hoc tamen non obſtante* 31. Art. V. P. W. à recentioribus Juris Publici Scriptoribus Proteſtantibus, ſuæ ſuorumque ſacrorum rei velificantibus, quam varie, tam parum ad mentem Paciſcentium accommode, exponi ſolitus fuit. Celebrem enim hunc ſedem eſſe conſtat, in qua ſubditorum circa publicum & privatum Religionis Exercitium jura confirmata, aut potius primum Lege publica conceſſa reperiuntur. Hæc vero noviores P. W. Interpretes adeo hodie ſolent extollere, ut Jus reformandi omnibus

nibus & ſingulis Imperii Statibus in §. 30. immediate antecedente verbis tam energicis aſſertum prorſus evertatur, aut ad meram reducatur potentiam, quam otioſam, adeoque fruſtraneam Philoſophi appellitant, eoquod in actum nunquam redigatur; quam in rem conferri omnino meretur Deductio inſcripta: Urſprung des ſogenannten *Simultanei*, &c. ubi ex LYNCKERI *Conſ. ſeu Reſp. LVIII. num.* 13. ita refertur: vix dari caſum, ut Jus Reformandi actu exerceri poſſit, indeque ab HEIDENO BORROMÆO RICRUNTO in Notis ad SCHUZII Manuale pacificum Quæſt. IX. pag. 97. Jus Reformandi & *Exercitium* Juris Reformandi ſedulo diſtingui, illud permanſiſſe in Pace W. ſtabilitum, hoc vero ſublatum fuiſſe. Ita nimirum §. *Quantum deinde* 30., quem è Pace prorſus eliminatum hodie cuperent, viribus ſaltem omnibus evacuare contendunt; dum econtra nudam Exercitii Religionis à ſubditis habiti in anno normali & bonorum ac templorum tum in poteſtate eorundem conſtitutorum poſſeſſionem, quam primitus ad certum duntaxat tempus ægre ſtipulari voluerant, poſtea perpetuam quidem, ſed ingentibus cum contradictionibus & proteſtationibus Catholici aſſeruerunt, à Proteſtantibus Statibus acceptatam, adeo extendunt, ut ignominioſa tantum in Domino obſequendi ſuis ſubditis neceſſitas ſuperſit.

III. Equidem hæc de Juribus ſubditorum doctrina, ſi vota ac deſideria Proteſtantium ſpectemus, tam novitia non eſt, quin eadem quandoque principia, quibus eam ſuſtinere hodie conantur, dum è re ſua illis eſſe videbantur, ſtatim poſt concluſam Pacem aſſerere, & in forum ſaltem, magis ſuæ partis ſtudio, quam veritatis amore

Digitized by Google

re intrudere auderent, quamvis ſinceriorem in Scholis veritatem, nullisque alienis coloribus transformatam amplecterentur & profiterentur.

IV. Ac primum quidem exemplum Hildeſienſes exhibent, in quibus eo magis mirum id videri poterat, quod ſpecialia, quæ Epiſcopo cum illis aut Ducibus potius Brunswicenſibus ante P. W. interceſſerant, pacta ad communem tum temporis P. W. interpretationem eos commonefacere, & arctius adſtringere debuiſſent. Anno enim MDCXLIII. à Ducibus Brunswico-Luneburgicis Electori Colonienſi FERDINANDO, Epiſcopo ſimul Hildeſienſi per tranſactionem reſtituta fuit pars major Epiſcopatus Hildeſienſis. Tranſactioni Receſſus acceſſit, vi cujus Art. I. de conſervanda Religione Proteſtantica conventum fuerat, ut Nobilibus A. C. addictis ad LXX., Civitatibus vero, pagis & vicis ad XL. annos à termino traditionis computandos liberum & publicum exercitium indulgeretur. Articulo autem V. Epiſcopus ſibi & ſuis ſucceſſoribus liberam introducendi ſimultaneum Religionis Catholicæ omnibus in locis, imo & templis Proteſtantium, currente etiamnum utroque termino, poteſtatem reſervaverat. Hæc pacta aboleri penitus Proteſtantes, conſervari vero poſthac Catholici totis viribus poſtulabant, ac præprimis Legatus Electoralis Colonienſis BUSCHMANN ſpeciali exceptione hanc illorum confirmationem & conſervationem in Pace roborari contendebat.

Vid. DE MEJERN. *Act. P. W. Tom. V. Lib. XXXIX. §. X. & XI. pag.* 514. *& ſeq.*

quibus tamen inſuper habitis eorundem abolitio concluſa,

ſa, & ſpeciatim quoque *Art. V.* §. 33. expreſſa fuit, eo cum effectu, ut Exercitium Religionis Proteſtanticæ in locis reſtitutis non amplius mere temporarium, ſed ex obſervantia anni Normalis æque, ut aliis ſubditis, perpetuum eſſe deberet. Epiſcopi autem poteſtas circa Reformationem communi Pacis diſpoſitioni accommodaretur, quatenus nihil poſſeſſioni ſubditorum in eodem anno Normali habitæ adverſum attentare poſſet. Pace hoc modo concluſa, & vix XXIV. Octob. MDCXLVIII. publicata ab Epiſcopo ſuo petierunt Hildeſienſes, ut Patres Capucinos modo anno MDCXXXI. in Monaſterium Religioſorum Ordinis S. Hieronymi, (quod Epiſcopus extincto FF. illorum ære alieno liberatum ſuis uſibus addixerat, & Tyronibus S. J. inſtituendis conceſſerat) his ſublatis receptos urbe iterum ejiceret, eoquod illos in anno Decretorio non adfuiſſe notorie conſtaret. Scriptam quoque Intimationem de Emigrando iiſdem Capucinis

apud DE MEJERN. *Tom. I. Act. Execut. Pac. pag.* 691. extantem XXIV. Febr. MDCXLIX. ſubmiſerant, ab his vero ad Epiſcopum tanquam Ordinarium ſimul & Dominum Territorialem provocantibus, & de vera ac plane diverſa ſummorum Compaciſcentium intentione per literas reſponſorias Plenipotentiarii Cæſarei VOLLMARI ad Patrem Vicarium Conventus datas in *Vindiciis Juris Reformandi pag.* 12. à RITTMEJERO poſthac relatas edoctis rejectam. Ad Magdeburgenſem, qui Circulo Saxonico inferiori munere Directoris præerat, obtentu exequendæ pacis converſi cives faciliores ibi aures invenerunt, cum executionem ille, recuſante licet Duce Brunſvico-Luneburgico, ſolus per miſſos eo ſubdelegatos promptiſſime,

ſime, & ſevere ſatis impertiretur, edito Decreto, quo cuncta ad Annum MDCXXIV. exigi oportere decreverat, ut refert

PFANN. *Lib. VI. Hiſtor. Comit. Ratisbon.* §. 87.

Hæc enim ratio Commiſſarii à Magdeburgenſi ſubmiſſi (KOENIG appellabatur) fuerat, eoquod obſervantia & poſſeſſio Ima die Januarii anno MDCXXIV. inſtar regulæ unicum ſolumque reſtitutionis, ceſſionis, præſtationis fundamentum manere debeat, referente

MEJERN. *Tom. I. Act. Execut. Pac. Lib. V.* §. *XVI.*

Quanta autem commiſeratione excepta fuerit eadem executio, qua non tam expulſi, quam exportati ſinguli fere Capucini fuere, quia ſponte ſua obtemperare noluerant, idem PFANNERUS latius deſcribit.

Lib. III. Hiſtor. Comit. Ratisb. pag. 425.

ubi in fine §. *LXXXVI.* hæc adjecit: *Ejecti ſunt moeſtis Catholicis, ipſisque Evangelicis melioris ingenii tanta ſpectaculi inſolentia atque fœditate attonitis.*

V. Hoc factum Elector Colonienſis, qua Epiſcopus Hildeſienſis, cum ſuo Clero tanquam Paci Weſtph. adverſum primo in Comitiis anno MDCLIII. Ratisbonæ celebratis accuſabat, ingentibus propterea querelis ad Status Imperii delatis, & publicato etiam ſcripto, cui Titulus: *Synopſis Fundamentorum*, vermög welcher beſtändig behauptet werden kan, daß das *Jus Reformandi ſeu de Religione diſponendi* dem *Juri Territoriali* anklebe, und davon *dependire* ꝛc. Cum econtra Proteſtantes Decreto Circuli Saxonici Inferioris ad Statum anni MDCXXIV. omnia exigenti firmius

firmius inſiſterent. Hac occaſione Directoria in Comitiis ſupradictis quatuor illas famigeratas Quæſtiones amicabili partium compoſitione definiendas, quæ tanquam normæ executionis ab utraque poſthac parte agnoſcendæ eſſent, propoſuerunt, de quarum quidem admiſſione Catholici non tantum non dubitabant;

Conf. Act. Comit. Ratisb. pag. 318. *num.* 1.

ſed & Proteſtantibus ita efficaciter illarum regularum æquitatem expoſuerunt, ut teſte

Pfannero *Lib. VI. Hiſtor. Comit. Ratisbon. pag.* 835. 840.

iidemmet veritatem agnoſcerent. Sed, præplacente illis & eorum convenientiæ magis correſpondente Decreto ſupradicto, harum deciſionem modis omnibus, altiorem quippe indaginem cauſati, detrectabant. Quare cum in his Comitiis demum omnes cauſæ reſtituendorum ex Capite Amneſtiæ vel gravaminum ad Deputatos rejicerentur, qui ſtatim poſt Comitia prorogata de iis Francofurti cognituri erant; hæc quoque Capucinorum Cauſa eo remiſſa, & habito illo Conventu propediem, diverſis tamen partium ſtudiis, agitata fuit.

VI. Hæc igitur *Prima* veluti *Epocha* aſſignatur, qua parvis & dubiis ac vacillantibus nimium initiis ſiniſtræ illæ interpretationes ad evertendum liberum Juris Territorialis in Eccleſiaſticis Exercitium, & ſtatus privativi, aut habitualis ſtabilimentum obtrudi primum cœperunt. Totus Catholicorum Achilles fuerat, nihil ea in re ab Epiſcopo tentatum fuiſſe, quo Civium Hildeſienſium reali poſſeſſioni in anno Normali habitæ officeretur, eos propterea non poſſe habere actionem ex formula Pacis,

Digitized by Google

niſi ante omnia probarent, anno MDCXXIV. ſe in poſſeſſione Juris prohibendi Epiſcopum fuiſſe, ne de Monaſterio ſupradicto pro arbitratu ſuo ſtatuere poſſet. Hoc non demonſtrato præſumtionem eſſe pro Epiſcopo, imo præſumptione opus non eſſe, ubi ipſo Jure Epiſcopali & Territoriali Epiſcopus tutus eſſet. Idipſum tenor querelarum ab Electore Colonienſi in Comitiis Ratisbonenſibus anno MDCLIV. XXVII. Martii ad Dictaturam datarum,

apud MEJERN. *Act. Comit. Ratisbon. Tom. I. pag.* 1049. ſatis oſtendit, in quibus ſtatim ſub initium legitur, „daß „einige Reichs-Glieder das Inſtrumentum Pacis, ſonderlich „Art. V. §. XII. Verſ. *Conventum eſt &c. Hoc tamen non ob-„ſtante &c.* Item §. IX. Verſ. *Unicum ſolumque fundamen-„tum hujus tranſactionis ſit prima die Januarii MDCXXIV. „habita poſſeſſio &c.* Item *Liberæ Imperii Civitates &c.* „Item Art. VIII. §. *Ut autem proviſum ſit &c.* ganz ſiniſtre „interpretiret, und ausgedeutet haben, und noch ferners „ausdeuten wollen, und dasjenige was in vorerwehnten „§. §. einem jeden ohnmittelbaren Stand des Reichs vorbehalten iſt, gänzlich entzogen, das Jus Territoriale, „und was deme anklebet, uti Beneficium Juris Reformandi, ac publicum & ſimultaneum Exercitium Religi-„onis reſpective concedendi & introducendi abgezwackt, „und die denen Uncatholiſchen Unterthanen §. *Hoc ta-„men non obſtante* &c. indulgirte Autonomia faſt dahin „extendiret werden will, als wann ſolche privative der „hohen Lands Obrigkeit zuſtändig ſeye; da doch der „Buchſtabliche Innhalt ꝛc. Alſo werden .... Erſucht, „die Sache in die Weege zu richten, daß oftererwehnte

„Stadt

Digitized by Google

„Stadt Hildesheim . . . alles dasjenige, was immer zu „Verachtung der Catholiſchen Religion gereichen mögte, „nach Innhalt des Friedens-Schluſſes ab- und einzuſtel„len, und ſich mit dem, was Ihnen Art. V. §. *Hoc „tamen non obſtante* &c. ſingulari & novo beneficio zu„kommet, und überflüſſig reſtituiret iſt, ſich contentiren „laſſen, und ihre Pomœria nicht zu weit aus der Un„terthanen Recht, quod in ſola tolerantia conſiſtit (ad „quam de Jure Inſtrumenti Pacis actionem & Executi„onem tantum habent) ad omnimodam abolitionem Ju„riſdictionis Territorialis & inde dependentis Juris di„ſponendi de Religione extendiren, und ſich gleichwohl „über ihren Herrn nicht erheben, ſondern in Terminis „Evangelii, deſſen ſie ſich berühmen, ſecundum quod „nempe diſcipulus non eſt ſupra Magiſtrum, nec Servus „ſupra Dominum, aut ſubditus ſupra Principem &c. „ſich einſchräncken ſollten." Ubi illud haud otioſe advertitur, nullum hic ex ſpecialibus pactis antea cum Domo Brunſvico-Luneburgica initis, ut quidam fucum facere contendunt, ſed ex ipſa univerſali Pacis W. ſanctione, & fundata ibidem ſuperioritate Territoriali omne querelarum iſtarum fundamentum & argumentum petitum fuiſſe.

VII. Sed Proteſtantes diverſa omnia cenſebant. Verba enim *Deductionis Domeſt. Evangelic.* Commiſſariis Cæſareis XXIX. Novembr. anno MDCLV. Francofurti oblatæ hæc erant: Die prætendirte liquiditæt (Caſus Hildeſienſis) hätte man an Seiten deren Proteſtantiſchen Geſandſchafften nicht finden können, geſtalten daſſelbe allbe-

M 2 reit.

Digitized by Google

reit in Votis von einer und anderen Geſandſchafft aus beſagten Protocollen angeführt ꝛc.

LONDORP. *Tom. VII. Act. Publ. pag.* 1072. *num.* 30. *Col.* 1.

Argumenta vero, uti advertit

HENNIGES. *Medit. ad Inſtrum. Pac. Art. V.* §. 31. *pag.* 501. *Col.* 2.

ad hanc cauſam defendendam allata non tam ex ſanctione *Art. V.* §. 31., quæ tanquam propria Sedes huic dijudicandæ data eſt, quam ex aliis locis & textibus, qui directo pro diverſis caſibus ſcripti ſunt, fuerant deprompta. *Quod ſane*, inquit, *indicium erat, cauſæ ſi non malæ, certe tamen non omni ex parte probæ vel expeditæ.* Unde ex ordine dein ſingula illorum argumenta recenſet, atque efficaciter adeo refellit, ut nihil, quod replicari poſſit, ſupereſſe videatur : quo idcirco Lector benevolus remittitur, nî prolixiora Acta publica apud LONDORP. ſcrutari voluerit; quæ omnia id luculenter commonſtrant, necdum eo tempore certam ſtetiſſe inter ipſoſmet Proteſtantes ſententiam, ſed in varias adhuc partes titubaſſe, & plurimos, teſte PFANNERO, recentiorum Paciſcentium mente cognita, veritati Dominis Territorialibus ſuffraganti reſiſtere non potuiſſe.

VIII. Quanquam fortius omnino argumentum ipſe ſperatus cauſæ hujus exitus ſuppeditet, dum liquido commonſtrat, fundamenta Catholicorum in *Synopſi* ſupra laudata deducta tantæ efficaciæ à Deputatis agnita fuiſſe, ut Municipii Hildeſienſis Magiſtratus ejectos antea Capucinos VI. Aprilis anno MDCLVI. reſtituere compelleretur. Nec intereſt, in quem culpa tum pertina-

Digitized by Google

tinacis renitentiæ & violatæ Pacis reciderit, quam Magiſtratus in *Conteſtatione* & *Supplicatione* XI. Febr. ejuſd. anni ad Electorem Colonienſem & Epiſcopum data à ſe amoliri tam ſtudioſe contenderat, ſuam Directorio præpotenti, quod ipſemet tamen imploraverat, renitendi impotentiam cauſando, & benignam totius rei compoſitionem ſperando. Eodem quoque tempore literas dedit Francofurtum ad Deputatos Proteſtantes, quibus, ne Inſtrumentum ſuper puncto reſtitutionis Capucinorum à Legato Electorali Colonienſi conceptum ſubſcribere cogeretur, eorundem dexteritate impediri efflagitaverat; eoquod Inſtrumenti illius Procemium & Epilogus, quibus multa de juſtitia facti & meritis cauſæ præfabatur, ac differuerat Legatus, iiſdem non arriderent; quæ propterea in præjudicium totius rei Proteſtanticæ atque in Contemptum Directorum, imo & totius Circuli Saxonici Inferioris cedere prævidebantur, communicato etiam proprio quodam Projecto, quo tamen à principiis acerrime antea propugnatis ſollicite abſtinebat, poſthac XVIII. Febr. ejuſd. anni per Directorium Saxonicum dictato. Unde ſatis iſtorum principiorum infirmitas tum agnita dignoſcitur, quod Magiſtratus illa poſthac ſuſtinere amplius non auderet, quod Inſtrumenti ſubſtantialia & ipſam receptionem PP. Capucinorum intactam relinqueret atque effectui daret, quin & acceptaret, quod denique Decretum Circuli Saxonici inferioris de Statu anni MDCXXIV, in quod omnis culpa à Magiſtratu rejecta fuerat, correctum & revocatum fuerit, PP. Capucinis, quamvis anno MDCXXIV. in Civitate Hildeſienſi non fuerint, adeoque contra Statum habitualem tam acriter prætenſum, reſtitutis.

M 3 IX.

Digitized by Google

IX. Simile prorſus exemplum circa eadem fere tempora, imo ob maturiorem & felicem ſui deciſionem jam XIX. Martii anno MDCLI. ſecutam multo prius exhibuit oppidum Hoexteræ, Municipium Abbatis Corvejenſis, variis litibus in hoc cauſarum genere exercita, quas cum dicto Abbate Domino territoriali poſt P. W. habuit, quod tamen ſcripto cuidam publico hac in re famigerato occaſionem non dedit, ſed ſola oblatione gravaminum Corvejenſium, & ſubmiſſa ſubditorum remonſtratione, vulgo dienſtliche Gegen-Anzeig appellata, iterataque declaratione expeditum. Solam ſimultanei innoxii ſaltem introductionem illa controverſia tangebat, cum Abbas introducendi perpetuum Exercitium publicum Religionis Catholicæ, antehac ex defectu Catholicorum Incolarum non habitum, in omnibus templis & locis à Civibus A. C. antea in anno Normali non poſſeſſis, & admittendi quoſcunque ex quibuſcunque Ordinibus Miniſtros facultatem liberam nulla ſubditorum Lege aut potius contradictione vel exceptione, quamdiu ipſorum Exercitio & poſſeſſioni fraudi non eſſet, impedibilem ſibi aſſereret; Cives vero Hœxterani ex adverſo ſtatum habitualem oppidi, qui anno Normali fuerat, ubi nihil ejuſmodi Abbas conceſſerat, aut Catholici habuerant, opponerent.

X. Ventilata eſt acriter, & diligenter expenſa tota cauſa in Judicio delegato, datis à Cæſare Judicibus Commiſſariis utriusque Religionis, Moguntino videlicet & Fuldenſi Catholicis, Brunſuicenſi & Oldenburgico Proteſtantibus; à quibus, præhabita plena utriuſque partis informatione, & cauſa ad regulas Inſtrumenti Pacis probe exacta

acta non modo ſententia pro Abbate contra Oppidanos, ſed & ſevera ſimul invectiva prodiit, quod Jura Epiſcopalia atque Territorialia temere involare, & regulam cum exceptione perperam confundere auſi fuerint. Cæterum eadem magna accuratione Jura utriuſque partis in negotio Religionis ſeparat atque declarat; Domino Territoriali *regulam*, ſubditis *exceptionem* diſerte aſſerit. His *retentionem* templorum, ſcholarum cum annexis juxta obſervantiam anni MDCXXIV. *per modum exceptionis* contra *Jus Reformandi* alias *in Regula* Domino aſſiſtens & ex Privilegio Lege communi & publica conceſſo ac Jure ſingulari *affirmative* indultum tribuit; *Jus* vero *negativum* Dominum territorialem, quo minus & ipſe poteſtate ſua utatur, ſubditisque ſuis in Religione ſecum conſentientibus de Exercitio publico, ſuis tamen ſumptibus & abſque præjudicio reali diſſentientium, proſpiciat, *prohibendi* negat. *Factum poſſeſſionis* ſubditorum agnoſcit, admittit, atque tuetur; *Nudum Statum habitualem*, qui Juri Reformandi impedimentum ponere poſſit, ignorat, rejicit, & eliminat. Decretum hoc videre eſt

apud RITTMEIER *in Vindiciis Juris Reform. pag.* 14. & apud HENNIGES. *in Medit. ad Inſtrum. P. Art. V.* §. 31. *pag.* 469.

XI. Rationes, quibus ſuam ſententiam ſuffulſerunt Judices ex utraque Religione delegati, tam efficaces, tamque notatu dignæ ſunt, ut una ex parte eandem omni ſcripto, quo alio deſtituitur hæc cauſa, celebriorem reddant; altera vero ex parte ſiniſtras illas Pacis W. interpretationes & contorſiones hodie circumferri ſolitas ab æquis rerum arbitris ſummis Principibus utriuſque

Reli-

Digitized by Google

Religionis rejectas, imo ignoratas, & denſiſſimis adhuc tenebris conſepultas latuiſſe, nec in publicam lucem, niſi ab Advocatis impudenti, ut ſolent, partium ſtudio in tranſverſum actis parce admodum, & mutilate etiamnum, vel invitæ protruderentur, prodire auſas fuiſſe; ut mirum proinde neutiquam videri poſſit, cur hodierni Proteſtantici Doctores tam altum ubique de hac cauſa Hœxterana & Decreto Commiſſionis Cæſareæ deſuper edito ſilentium teneant. Siquidem illas nunc ignorantiæ & oblivionis tenebras, ſub quibus hodiernæ ipſorum plus petitiones tum conſepultæ fuerant, in hoc refuſas optarent, ne tam inſignem, quam præſtat, communi Catholicorum interpretationi lucem afferre poſthac poſſit.

XII. Alterum, quod hoc ſuper argumento tantis nunc partium motibus in Imperio agitari ſolito prodiit, ſcriptum memoratu dignum ſuam Cauſæ Wertheimenſi ſopitæ potius, quam deciſæ originem debet. Comites enim Wertheimenſes cum in communione illius Comitatus diu vixiſſent, Religionis cauſa in diſſidia & turbas, ut plerumque fieri aſſolet, impegere, ex quo unus eorum, abjurata Religione Proteſtantica, ad ſacra Catholicorum tranſiverat. Erat is JOANNES THEODORICUS JOSINÆ Comitis Marcæ filiæ in uxorem ductæ precibus emollitus, à quo linea Comitum Wertheimenſium Rochefordienſis atque Catholica propagata eſt, cum interea lineam Virneburgicam atque Proteſtanticam eorundem CHRISTOPHORUS LUDOVICUS inchoaſſet, in filio primogenito FRIDERICO LUDOVICO, & poſt hujus ſtemmatis extinctionem in ſecundo genito FRIDERICO EBERHARDO continuatam. Fuit iſtorum Comitum

Digitized by Google

Comitum varia inter belli tricennalis vices fortuna, prout una alterave pars belligerantium ſibi invicem armis prævalere viſa fuerat. Inter ipſas turbas cœptum eſt à Catholicis Comitibus lineæ Rochefordienſis in urbe Wertheimenſi inſtitui Exercitium Religionis Catholicæ, præſertim cum poſt pulſum Electorem Palatinum FRIDERICUM Catholici non modo in Palatinatu inferiore, ſed & aliis finitimis in locis liberiore aura fruerentur, Bavaricis & Hiſpanicis armis freti. Poſtquam autem P. W. Art. IV. §. 41. placuit, *ut FRIDERICUS LUDOVICUS Comes de Lœwenſtein & Wertheim in omnes ſuos Comitatus & Dynaſtias, quæ tempore hujus belli ſequeſtratæ, aliisque ceſſæ fuerint, in Politicis & Eccleſiaſticis reſtitueretur*, nec non §. 42. *ut FERDINANDUS CAROLUS Comes de Lœwenſtein & Wertheim in omne id, quod defunctis ejus Agnatis GEORGIO LUDOVICO & JOANNI CASIMIRO ſequeſtratum, confiſcatum, aliisque ceſſum eſt, in Politicis & Eccleſiaſticis reſtitueretur*; hac transactione factum eſt, ut etiam Comites utriusque lineæ Rochefordienſis & Virneburgicæ in communionem Comitatus Wertheim redirent, à LUDOVICO WOLFGANGI ſenioris Fratre inſtitutam, & poſt ejus obitum ſolenni pacto à Succeſſoribus ejus anno MDCXI. die IX. Julii denuo confirmatam. Unde poſt P. W. promulgatam, anno nimirum MDCXLIX. proxime inſecuto, in toto illo Comitatu omnia circa Religionem in eum ſtatum reſtituta ſunt, qui Anno MDCXXIV. ibidem fuiſſe compertus fuerat, Catholicis iterum ejectis, & reducto tanta cum criſi & accuratione anni Decretorii Statu, ut neque ſignum S. Crucis, quod ante templum Catholicorum poſt dictum annum erat extructum, inconcuſſum relinqueretur.

Digitized by Google

XIII. Ex actis autem publicis hactenus oſtendi nequiit Decretum Congreſſus Executioni P. W. deputati, quod ſimultanei quoque abrogationem authoritate ſua & publicá imperaverit; via proinde facti potius illam contigiſſe, admodum veroſimile redditur. Gravamen enim ipſum Proteſtantici Comitis FRIDERICI LUDOVICI adverſus Comitem Catholicum FERDINANDUM CAROLUM medii tantum Comitatus, ex hæreditaria ſucceſſione ipſi pro indiviſo debiti, reſtitutionem concernebat. Hunc igitur ſolum ſibi reſtitui petiit,

apud MEJERN. *Act. Execut. Pac. Tom. I. Lib. III.* §. *IV. pag.* 416.

Et in ipſa quoque Liſta reſtituendorum per Suecos extradita, quam exhibet

Idem MEJERN *Tom. I. Act. Execut. Pac. pag.* 99. & 100.

nec verbo abolitio ſimultanei memoratur, ſed ab initio *Num. IV.* ſola reſtitutio mediæ partis Comitatus Wertheimenſis deſignatur; reliqua vero puncta ſpecialia ad conciliandam majorem inter utrumque Comitem concordiam Tranſactioni per eoſdem conficiendæ relinquuntur. Hæc inter Eccleſiaſtica rurſus generatim Num. 9. à reliquis Politicis diſcernuntur, & ſpecialis ſolius Chori Eccleſiæ Hoſpitalis mentio adjicitur, qui tamen uterque eidem tranſactioni obnoxius aſſeritur. De ſimultaneo vero innoxio adeo inter materias haſce etiam tranſigibiles nec litera occurrit. Conſtituti fuerant tanquam Commiſſarii à Cæſare & Imperio ad hunc finem ex utraque Religione delegati Elector Moguntinus, tanquam Epiſcopus ſimul Herbipolenſis, & Landgravius Haſſo-Darmſtadianus; Ad hos datæ à Conventu Deputatorum literæ referuntur ab eodem

MEJERN. *Act. Exec. Pac. Tom. I. pag.* 424.

Digitized by Google

ſed etiam in his medii tantum Comitatus reſtitutio eorundem executioni demandatur. Denique in deſignatione Caſuum reſtitutionis per Collegium Deputatorum expedita, & anno MDCL. oblata, ut, quinam adhuc reſtituendi ſupereſſent, ſciretur, hæc memorantur:

Friderich Ludwig Graf zu Löwenſtein Wertheim contra FERDINAND Graf zu Löwenſtein Wertheim die halbe Grafſchafft Wertheim betreffend.	Iſt durch die Crays-Fürſten exequiret.

Quæ etiam cauſa Catholicis Comitibus fuiſſe videtur, cur non diu poſt hæc tempora rurſum Patres Capucinos, varioſque Catholicos introduxerint, iiſque partem templi & coemeterium, quod in anno Normali ſoli privative Proteſtantes poſſederant, aſſignarint; Officiales etiam mere Catholicos, rejectis Proteſtantibus, aſſumſerint, ſuisque Dicaſteriis præfecerint. Huic vero conatui Comites & Cives Wertheimenſes A. C. addicti ſe oppoſuerunt, contendentes, fieri hæc non poſſe ob pacta familiæ, & ſtare in contrarium poſſeſſionem ſubditorum in anno normali habitam, imo Territorium, in quo Jus reformandi exercitum fuerit, eſſe commune, ubi Catholici & Auguſtanæ Confeſſionis Status ex æquo jure ſuperioritatis fruerentur, adeoque §. 43. Art. V. P. W. locum habere. Qua demum occaſione anno MDCXC. famigeratum illud & jactatum adeo ab Autore Anonymo des Urſprungs des *Simultanei* Mandatum S. C. ex Camera Imperii prodiit, quod tamen eo minus præjudicare potuit, quo certius eſt, ſimilia iſtiusmodi Mandata ad inſtantiam unius tantum partis,

Digitized by Google

parte altera non audita, decerni, queis proinde ſub - et obreptionis exceptiones ſemper obmoveri, & ſic eadem facilitate, qua obtinentur, rurſus caſſari ſoleant; nihil memorando, quod ſubditi in ſupplica vim & violentiam à Comitibus Catholicis adhibitam, ſuæque poſſeſſionis in anno normali habitæ turbationem conqueſti fuerint, qualem ſimultanei introductionem, (ſi contingat) uti non innoxiam, ita nec permiſſam, Catholici ipſimet fatentur.

XIV. Hæc autem omnia non eo commemorata volumus, ut ſimilem inde, ut prioribus ex cauſis, pro ſententia Catholicorum energiam derivemus. Comites enim Wertheimenſes Catholicos hanc ſuam cauſam ad Comitia de anno MDCLIII. detuliſſe, compertum eſt, quibus etiam viſum, ut denuo de hac cauſa deliberatio aſſumeretur. Et cum in illis cauſa reſtituendorum ex Capite gravaminum urgeretur, ſtatim inter famigeratas illas quatuor Quæſtiones jam ſupra memoratas à Catholicis Statibus ad normam executionis facienda propoſitas unam fuiſſe, conſtat: *Quid duobus vel pluribus Dominis Territorii in re communi & pro indiviſa poſſeſſa liceat, quod ad Exercitium cujuscunque Religionis attinet, ſi ipſi Domini diverſæ ſunt addicti?* Et huic Quæſtioni cauſam inprimis dediſſe diſſidia illa Comitum Loewenſteinenſium, non diſſimulat

Buckisch *ad Inſtrum. P. W.* §. 43.

Quemadmodum vero illis in Comitiis totum negotium Religionis ad Conventum Deputatorum Francofurtanum remittebatur, ita ibi hac de re ea occaſione varie diſputatum, nihil vero prorſus concluſum fuit. Unde cum in *Diſſert. de Jure Reform. Novo Art. II.* §§. 3. *uſque* 7. noſtram

noſtram pro ſchola duntaxat atque Theoria ſententiam jam ſatis & abunde aperuerimus, neque hic ſuprema Comitiorum Imperii Jura invadere audemus, id unum commemorantes, hac in cauſa Scriptum illud, cui titulus: *DEDUCTIO SOLIDA &c.*, primum lucem publicam aſpexiſſe, magno etiam Catholicorum applauſu exceptum.

XV. Hujuſce autor habetur idem, qui & *Manualis Pacifici*, SCHUZIUS, Cancellarius tum Lœwenſteinenſis, & poſtea Aſſeſſor Cameræ Imperiialis; Et contractum ſaltem refertur à BUCKISCH *ad Inſtrum. Pac. Art. V.* §. 43. *Obſerv.* 130. Ejuſdem duæ ſunt partes, in ipſa etiam rubrica ſatis diſcriminatæ, quarum prior ad ea argumenta, quibus Jus Reformandi & introducendi ſimultaneum impugnatur, attinet; poſterior vero ea argumenta, queis facultas admittendi ſibi Officiales mere Catholicos, Comitibus Catholicis denegari voluit, refutat; inſcripta enim fuit: *DEDUCTIO SOLIDA*: *Primo* daß kein *Dominus Territorialis in puncto Religionis rerumque exinde dependentium extra caſus in Inſtrumento Pacis exceptos ad annum MDCXXIV. ejuſque Statum* gebunden ſeye. *Secundo*: daß der *Status anni* 1624. *ad res liberæ facultatis, mere ſæcularia, politica & a liapbora ſine manifeſta contraventione Pacis* nicht könne gezogen und *allegiret* werden. Ex quo hoc ſaltem particulari prorſus animadverſione digniſſimum colligitur, quouſque demum ſua jam tum conſilia Proteſtantes protendere conati fuerint, dum etiam ratione Status Politici Domino Territoriali per Pacem Weſtphalicam ex ſtatu habituali anni Decretorii limites poſitos fuiſſe, contendere haud dubitarunt.

XVI. Atque hactenus quidem ſola fere Catholicorum ſcripta ad aſſerendam Dominis Territorialibus introducendæ Religionis ſuæ, ſalva ſubditorum diſſentientium poſſeſſione, liberam facultatem prodita applauſum retu-

 lerunt,

Digitized by Google

lerunt, & publicam Eruditorum hac de veritate tum conviĉtorum approbationem, ut adverſa fere obſcuris in tenebris deliteſcerent. Recruduit vero eadem controverſia in Epiſcopatu Hildeſienſi, atque ea occaſione prodierunt in lucem anno MDCXCVI. Autore ZIMMERMANNO Cancellario Hildeſienſi, celebratiſſimæ illæ *VINDICIÆ* des hochverletzten Landes-Fürſtl. Reſpects und Gehorſams ꝛc. Quibus tamen, ne & hæ non impugnatæ jam viciſſe viderentur, mox oppoſita ab Anonymo comparuit: *FACTI SPECIES*, oder wahrhaffter Bericht, und Gegen-*Demonſtration* &c. Hannoveræ eodem anno MDCXCVI. Magnam hæ Vindiciæ commendationem HENNIGESIO *in Meditat. ad Inſtrum. P. Art. V.* §. 31. ob adjunĉta quædam Documenta & ſcripturas, inter quas nominatim Paĉtum, ſive Receſſus Conſiſtorii, uti vocant, eminet, promeritæ videntur, imo nec quoad ipſam argumenti ſibi propoſiti pertraĉtationem contemnuntur. Ipſe autem affeĉtus partium, qui hinc inde promicare eidem videtur, cum controverſiæ, tum Epiſcopum inter & ſubditos aĉtu gliſcentis, æſtui attribuendus ſit, facile condonari poterit. Ubi enim ſubſtantia & argumentorum ſaltem plerorumque veritas ab eruditioribus & æquioribus rerum arbitris non potuit non approbari, exceſſus quidam in modo, in apologeticis ejusmodi ſcriptis vix evitabilis, neutiquam obeſt. Quid vero de ſupradiĉta Faĉti Specie ſentiant Catholici, hujus ſane loci non eſt differere, aut diutius immorari, cum ex diſſolutione argumentorum inferius Capite V. ſubjungenda ſatis & abunde id colligi poſſit. Hic vero ſolam Scriptorum in utramque partem editorum ſeriem hiſtorice enarrare animus fuit. Ita nimirum Doĉtores Proteſtantium ſacris addiĉti non in foro duntaxat, ſed etiam publi-

catis

catis tum temporis & ſparſis per Orbem eruditum deductionibus & commentationibus apologeticis ſaltem defendere adverſus Catholicorum argumenta ſuas prætenſiones & occeperunt, & ſummis, queis poterant, viribus ſtuduerunt.

XVII. Poſthac vero iidem Proteſtantici Scriptores aperto etiam & offenſivo, ut ajunt, Marte aggredientes, quamvis novis Catholicorum ſcriptis laceſſiti non eſſent, easdem prætenſiones, & illegitimas plus petitiones ſuas motu proprio & ex propoſito orbi etiam literario obtruſerunt. Majorem veluti fiduciam temporis obliviosi lapſus iiſdem, poſt tantos conatus licet irritos, addiderat, eoquod diuturnis ſaltem contentionibus atque clamoribus ingratam novitatis vel ſolis Legatorum & Plenipotentiariorum, de vera Paciſcentium mente optime informatorum, in vivis adhuc ſuperſtitum teſtimoniis, indice velut digito commonſtrandæ ſuſpicionem demum ſuperaſſe ſibi viderentur. Occaſionem hujus conſultationes de Pace Ryſwicenſi anno MDCXCVII. conficienda inſtitutæ ſubminiſtrarunt. Ubi enim poſt attentata Cameræ Unionis & Reunionis ita dictæ à Rege Galliæ conſtitutæ, quibus tum Imperium omni milite, utpote contra Turcas in aciem educto, deſtitutum armata manu reſiſtere non poterat, plurima loca Epiſcopatibus tribus Metenſi, Tullenſi & Verdunenſi per P. W. Regi eidem ceſſis tantum finitima, & nullo nexu Territoriali, ſed ſolo feudali connexa, jam occupata, per armiſtitium vicennale ad hoc tempus relicta, plura etiam in Palatinatu inferiore, favente Marte, acquiſita à milite Gallicano fuiſſent; Rex Galliæ ibidem pleniſſimo & illimitato (cum nullos P. W. limites agnoſceret) Jure Refor-

man-

Digitized by Google

mandi uſus, mox Proteſtantes alibi penitus ſuis ex Eccleſiis expulit, ubi plures uno eodemque loco fuerant, Catholicis etiam illarum aliquas privative aſſignando, quin & reditus atque bona cum his diviſit; ubi vero una tantum exiſtebat, crudum ſaltem, ut loqui amant, Religionis Catholicæ Exercitium introduxit, atque, ut in Eccleſias privative Sacris Proteſtanticis antea relictas Catholicos coadmitterent, eoſdem Proteſtantes ſubditos adegit & compulit. Prævideri proinde poterat in ipſis Tractatibus Pacis haud infimam diſceptationum materiam ſimultaneum hoc ſuppeditaturum eſſe, quas idcirco prævenire privata lucubratione Autor Anonymus per ſcriptum aliquod jam anno MDCXCIV. conceptum, atque inter tractatus editum voluit ſub titulo: Wahrhaffte und in dem Inſtrumento Pacis gegründete Auslegung der Frage: Ob ein Catholiſcher Fürſt in ſeinem Fürſtenthum, darinnen das *Exercitium Evangelicæ Religionis reſpective anno* 1618 und 1624. blos und allein in Ubung geweſen, ſein *Religionis Exercitium introduci*ren könne? Id quod inter ipſos Pacis tractatus diſtributum fuit. Noverat autem Rex Galliæ, invito licet ac renitente pro viribus Imperatore, alio modo argumentis hiſce oppoſitis obviare, dum in ipſa Pacificatione poſthac confecta Articulo IV. Clauſulam illam: *Religione tamen Catholica Romana in locis reſtitutis in ſtatu, quo nunc eſt, remanente*, tot poſtmodum querelis agitatam, & concordiæ Ordinum Imperii vehementer turbativam adjecit.

XVIII. Ne vero armatæ Gallorum vi ac præpotentiæ, qua in iis locis occupatis Pacis Weſtphalicæ, ipſos tamen eatenus non concernentis, diſpoſitiones eludere poterant, argu-

Digitized by Google

argumentorum quoque pondus & veritatis convictio, aliorum potius Statuum Imperii circa ſacra poteſtatem concernens, deeſſet; poſt aliquot annos contra Scriptum hoc calamum ſtrinxit, illudque refutare aggreſſus eſt CHRISTIANUS RITTMEIERUS, editis anno MDCCIV. *VINDICIIS JURIS REFORMANDI*, oder gründliche Erörterung der ſchweren hochwichtigen Frage: Ob und wie weit ein ſowohl Catholiſcher, als Evangeliſcher Reichs-Stand in Dero *Territorio* das *Exercitium* derjenigen Religion, welche daſelbſt *in anno Decretorio* 1624. nicht geweſen, von neuem einführen könne? Cui reſpondere poſthac conatus eſt anno MDCCX. HERTIUS, celebris ille Juriſconſultus Gieſſenſis, in ſuo *EXAMINE VINDICIARUM Juris Reformandi*. Nec enim omnia RITTMEYERI aſſerta approbationem communem retulere, ſed multa in ejus Scripto ſolida reperiuntur, multa vero etiam conſultius omitti potuiſſent.

XIX. Ulterior denique harum prætenſionum progreſſus potiſſimum motibus in Palatinatu concitatis debetur, queis nota illa intuitu Templi ad S. Spiritum Heidelbergæ contentio anſam dedit. Tum enim Proteſtantes, uti juſtam irritationis cauſam nacti, non tantum plurima alia petierunt, propoſuerunt, & tentarunt, ſed & maxime has ſuas interpretationes & plus petitiones ad extremum uſque urſerunt, ea quidem cum efficacia, & voce Leonina (ut ſuam præpotentiam minabundi appellare aſſolent) adjecta, ut res proxime ad bellum reſpicere tum videretur. Hoc quippe Templum ad S. Spiritum à RUPERTO Palatino Imperatore, cujus in Choro tumulati ſepultura inſigne eſt, fundatum & exſtructum, LUDOVICUS VI. anno MDLVII. A. C. addictis conceſſerat; ſed JOANNES CASIMIRUS Lauterenſis,

Digitized by Google

FRIDERICI IV. Electoris Palatini Tutor, qui ſic dictorum Reformatorum ſacris addictus erat, his ita dictis Reformatis anno MDLXXXIII. idipſum addixit, quo ex tempore uſque ad annum *MDCCV.* ſoli iidem illius in poſſeſſione permanſerunt. Eodem vero anno, hos inter & Catholicos tranſactione inita, diviſio ejuſdem facta fuit, vi cujus Chorus templi Catholicis, Navis autem ſic dictis Reformatis ceſſit; atque ut utraque pars ſine turbatione devotioni vacare poſſet, murus Chorum inter & Navem interpoſitus utroſque ſegregavit. Anno MDCCXIX. petiit Elector Palatinus à ſuis ſubditis ita dictorum Reformatorum ſacris adhærentibus, ut, cum templum hoc à RUPERTO Palatino conditum, & ſepulturæ Electorum deſtinatum, tanquam Aulicum potius conſiderandum eſſet, Navim quoque templi ſibi & ſuæ Religioni, Catholicæ nimirum, addictis cederent, addita tamen conditionum æquiſſimarum oblatione, qua novi templi ejuſdem magnitudinis in loco quocunque ab ita dictis Reformatis aſſignando exſtructionem, à ſemetipſo procurandam, aut ſi hanc procurare ipſi vellent, ſumptuum omnium, non ad neceſſitatem tantum, ſed & decorem atque apparatum pertinentium gratuitam ſubminiſtrationem ſpopondit, additis inſuper minis, quod, niſi ſponte poſtulatis annuerent, templum per vim eripiendum eſſet. Mirum ſane videri poſſet, qui tam liberales tamque pingues conditiones oblatas reſpuere tanta inhumanitate atque pertinacia ſubditi voluerint, niſi nota eſſet æmulatio ex diverſitate Religionum plerumque ſequi ſolita, quæ ſic dictum Miniſterium reformatum eo in tranſverſum egit, ut vana & frivola ſe excuſatione eliberari crederet, obtendendo, in ſua poteſtate haud eſſe, de templis diſponere, eaque alienare. Exacerbatus proinde hac pertina-

tinacia Elector, per vim ipſis templum eripit, Catholicis propria authoritate murum interpoſitum deſtruentibus, & ſic dictos Reformatos templo expellentibus. Atque hæc demum illa eſt *Epocha*, qua Proteſtantes Scriptores ad extremum uſque neotericas ſuas ſententias, antehac inauditas, ab ipſiſmet æquioribus rerum arbitris & peritioribus Pacis commentatoribus, uti

HENNIGES *Medit. ad Inſtr. Pac. ſpecim. IV. & præſertim Mantiſſa II.* Ibid.

DECKHER *Conſult. forenſ. Part. I. Cap.* 39.

SCHILTER. *de Pac. Relig. cap.* 9. *in reſolut. quæſt.* 8.

PFANNER. *in Hiſt. Comit. anno* 1653. & 54. *Lib. VI.* §. 50. 69. & *ſeqq.*

qui omnes tum pro libero Statuum Jure Reformandi, tanquam pro aris fociſque, decertarant, rejectas atque impugnatas adoptare, divulgare, et, quanto poterant, authoritatis extrinſecæ pondere ſtabilire atque tueri contenderunt.

XX. Cum enim ſolum Juris Reformandi abuſum, qui hinc inde immoderato & inconſulto quorundam zelo interveniſſe negari haud poteſt, id eſt, violentam duntaxat, & noxiam poſſeſſioni ſubditorum diſſentientium propriæ Religionis introductionem impugnare debuiſſent, ad aliud ipſi extremum dilapſi, Jus & uſum ipſum etiam legitimum, communi alias Doctorum ſuffragio propugnatum, tamque ſollicite in Pace ipſa ſtabilitum, alia nunc lege convenientiæ ſuadente, quantum è votis, & in viribus ipſorum fuerat, ademptum voluerunt, & ex Imperio, aut è Territoriis ſaltem Catholico Domino parentibus eliminatum. Legatorum Statuum A. C. addictorum, qui ſub

prætenſo Corporis Evangelicorum nomine Ratisbonæ degunt, hic ſcopus fuerat, dum propria authoritate novum aliquod Scriptum (quod Ungrund des *Simultanei* inſcribi juſſerunt) partim ex ineditis ſcriptis compilarunt, in quo crambe jam bis cocta denuo ignem ſubire debuit, ac illa Proteſtantium de Simultaneo principia, quæ Francofurti primum anno MDCLV. propoſita, ab Autore Anonymo der wahrhafften, und in dem *Inſtr. Pacis* gegründeten Auslegung der Frag ꝛc. iterata, nova quadam acceſſione, & diverſis laciniis §§phorum variorum P. W., ad hanc vero exercitii libertatem haudquaquam pertinentium, ſed diverſa plane ſtatuentium, conſarcinatis aucta fuerunt. Exponuntur in eodem argumenta, quibus ſtatum habitualem anni normalis, tanquam unicam regulam in negotio Religionis, ſtabilire, & Simultanei, utut innoxii, introductionem impugnare contendunt; & cum verum ac genuinum P. W. ſenſum ibidem expoſitum jactitarent, ſic dictum Corpus Evangelicorum anno MDCCXIX. omnibus Doctoribus & Profeſſoribus, in Proteſtantium Statuum Univerſitatibus munere docendi publico inveſtitis, diſtricte præcepit, ut ſuam in Cathedris doctrinam Dogmatibus in hoc Scripto traditis exacte conformarent. Siquidem antiquas Doctorum ſuorum ſententias, nunc tanquam nimis obtritas & obſoletas, ſibi graviter diſplicere oſtenderet in Concluſo de XXII. Decembr. MDCCXIX. in verbis: Die Nothdurfft erforderet, dem ſchädlichen, und dem Weſtphäliſchen Frieden zuwider ſeyenden Principio wegen des ſogenannten Simultanei (welchen auch Evangeliſche Scribenten auf gewiſſe Maas beyzupflichten ſich nicht entſtehen, und woran das Corpus Evangelicorum gar keinen Gefallen hat) ernſtlichen und nachdrücklichen Einhalt

zu

zu thuen, und zu dem End aus verſchiedenen theils gedruckten, theils ungedruckten Schrifften die vornehmſte aus denen Reichs-Sazungen genommen, und andere Argumenta gezogen, und ſolcher Extract ſub titulo: Ungrund des *Simultanei* &c. zu mehrerer Erläuterung der anderweiten Vorſtellung an des Kayſerl. Hrn. Principal-Commiſſarii Durchlaucht und Eminenz beygeleget worden; ſo hat man gut befunden, bey Einſendung deſſelben an allerſeits höchſt und hohe Herren Principalen, auch Obere und Comittenten diejenige, welche hohe Schuhlen und Univerſitæten in Ihren Landen und Gebiethen haben, nomine Corporis gebührend zu erſuchen, daß in dieſem Fall bey denenſelben ſich kein Bedencken finden, ſondern ſelbiger Auffaß gnädigſt approbiret werden ſollte, dieſelbe geruhen mögten, vorbemeldte Schrift ſub Rubrica: Ungrund des *Simultanei*, auf ſolche ihre hohe Schulen und Academien zu ſenden, und denenſelben nachdrücklich aufzugeben, daß ſie nach ſolcher aus denen Reichs-Sazungen genommener Regul ihre Lehr und Principia einrichten, und darnach ſich achten ſollen.

XXI. Ex eodem Concluſo, imo iiſdemmet quoque verbis mox recitatis inſuper pateſcit, quod iidem Legati nomine ſic dicti Corporis Evangelicorum Scriptum memoratum Sacræ Cæſareæ Majeſtati ſubmittere eo fine non perhorruerint, ut verum ac genuinum Inſtrumenti Pacis ſenſum eandem doceret, quin & regulæ ac normæ loco, quam in executione & conſervatione ejuſdem cauſarumque inde dependentium dijudicatione ſequi neceſſario deberet, ſerviret. Et quamvis Imperator Carolus VI. ſuam hoc ſuper conatu diſplicentiam non potuerit non com-

Digitized by Google

monſtrare, nihil tamen inde deterriti iidem Legati adeo non deſtiterunt, ut ejuſdem Scripti copiam denuo Auguſtiſſimo Imperatoris conſpectui obtrudere, quin & alterum ſub titulo: Urſprung des *Simultanei* anno MDCCXX. impreſſum adjungere & aſſociare non vererentur, quo Hiſtoria, quatenus Simultaneum antehac exercitum fuerit, & quorundam Statuum de Simultaneo opiniones recenſentur. Id vero perperam aſſeritur, originem Simultanei ex propoſitione Directoriali de XIX. Julii anno MDCLIII. repetendam eſſe, ubi Catholici hanc Quæſtionem: *An Simultanei introductio Domino Territoriali permiſſa ſit?* in Comitiis Ratisbonenſibus primum propoſuerint, ex qua, nihil antea de Simultaneo cogitatum fuiſſe, vel inde minus recte concluditur; eoquod Directorium ipſummet Saxonicum in Cauſa Hildeſienſi ſuperius memorata haud diffiteretur, hanc quæſtionem tanquam liquidiſſimam à Legato Colonienſi haberi, teſte

LONDORPIO *Actor. publ. Tom. VII. pag.* 1064. *Col.* 1.

quocum reliquos etiam Catholicos conſpiraſſe, ex eodem

Ibid. *pag.* 1073. *Col.* 2.

colligitur, ubi Proteſtantibus hæc reſpondiſſe referuntur: Daß dieſe Frag nicht als Zweiffelhafft vorgebracht worden, ſondern Beſchwerdweis, nicht zweifflend, das ſelbe ohne eine Widerred vor die Catholiſche entſchieden müſſe werden. Quin ipſe finis, ob quem Catholici haſce quæſtiones propoſuerant, omnem dubitationis, de hiſce tum habitæ, ſuſpicionem ſatis evertit, cum dictas quatuor Quæſtiones tanquam regulas generales decidi amicabiliter voluerint, ut his conformiter diſputationes ſuper expediendis caſibus quibusdam ſingularibus tum emergentes dijudicarentur, & maturiori ac amicabiliori fine concluderentur.

XXII. Hiſce igitur Principiis, in utroque hocce Scripto in vulgus ſparſis, ſuam poſthac Doctrinam & Pacis Weſtph. in Religionis ſubditorum negotio interpretandæ rationem ſuperſtruxerunt plerique in Univerſitatibus Proteſtantium Statuum Doctores, ut mirum proinde non ſit, Auguſtiſſimum Imperatorem CAROLUM, ingentis præjudicii ſummorum Jurium Territorialium, Pace ipſa ſancte adeo ſtabilitorum & confirmatorum, inde ſecuturi bene conſcium, ſuæ diutius autoritati temperare non potuiſſe, quin eandem ſolenni etiam Decreto XII. April. MDCCXX., per CommiſſionemCæſaream inComitiis promulgato, interponeret, in quo ſuam Statibus & ſubditis ſentiendi libertatem, quatenus ſcilicet Imperii legibus aperte non adverſatur, non coarctari à ſe velle proteſtatus equidem fuit in verbis: Ihre Kayſerl. Majeſtät wollten niemanden, und keinen Religions-Verwandten Stand oder Unterthanen des Reichs ſeine Meynung und Principia beſchräncken, oder benehmen, in ſoweit nemlich ſelbige denen gemein-bündigen Reichs-Satz-und Ordnungen wahrhafft und vollkommen gleichförmig ſeyen; ſub comminatione tamen privilegiorum, iſtis Univerſitatibus conceſſorum, eandem Doctrinam, tanquam Legibus fundamentalibus Imperii adverſam, adeoque pernicioſam profligavit, quin & intentata Fiſcalis Imperii excitatione proſcripſit, ubi mala inde pertimeſcenda primum expoſuit: Noch weit empfindlicher ſeye Ihrer Kayſerl. Majeſtät ferner vorgekommen, daß man gegen das ganze Teutſche Reichs-Weſen, und deſſen allerſeitige Grundgeſeze, folgſam gegen teutſche Pflichte, und Reichstags-Verrichtungen, welche in Beſorgung des Publici, und zu Beybehaltung Ruhe, Frieden und Einigkeit des Vatterland, der Kayſerl.

Maje-

Majeſtät, und des Reichs gemeinſamer Hoheit, nach deſſen heilſamen Sazungen allein gewidmet ſeyn ſolle, wider die Kayſerl. Majeſtät, und Ihrer Reichs Mit Stände in ſolche Hizigkeiten, und auf ſolche thätliche noch weiters gehende Rathſchläge, Bedrohungen, Schrifften, Druckereyen, einſeitige Auslegung, oder Deutungen vom Gebrauch des Osnabrugiſchen und Münſteriſchen Friedens, folgſam unter eben der Zeit, als mit angezogenen Reichs-Satzungen das Recht geſuchet, gegen eben dieſelbe Reichs-Satzungen und Rechte, auf alles ohnrecht ohnnöthiger Dingen verfallen und zugefahren ſeye. . . . . Immaſſen man einſeitige anderweite, in ſich vorhin nach denen Reichs-Sazungen nichtige Concluſa unter ſich gemachet, und darinnen ganz ohnordentliche, zu des teutſchen Vatterlands völliger Zerrüttung allerdings Reichs-Grund-verderbliche Principia veſt zu ſtellen ſich angemaſſet haben ſolle; als da unter anderen ſeynd auf die aus Kayſerl. und des geſamten Teutſchen Reichs Gnade und Milde errichtete und privilegirte Univerſitäten oder hohen Schulen und Academien im Römiſch. Reich gewiſſe neuerliche, zu nichts, als zu Uneinigkeiten, Trennung und Unruhen unter Haupt und Gliedern, und dieſer unter ſich ſelbſt abzielende, in denen gemeinbündigen Reichs-Satzungen nicht erweisliche oder erfindliche Stücke abzuſchicken, und denen Profeſſoribus nachdrücklich aufzugeben, daß ſie nach ſolchen ihre Lehren und Principia einrichten, und darnach ſich achten ſollen... Concluſionem dehinc ſeveris comminationibus refertam ſubjungit: Eben dahero könnten Ihro Kayſerliche Majeſtät zu Beybehaltung gemeiner Ruhe, Einigkeit und Rechtens, und zu wahren Begriff, Lehre und Verſtand

deren

deren Reichs-Satzungen nicht geſtatten, denen Profeſſoribus auf denen mit Kayſerlicher Erlaubnus und Privilegien im Reich aufgerichteten Univerſitäten oder ihren Schulen zu anderen, als denen Reichs-Satzungs-mäßigen Lehrſtucken, vielweniger zu einſeitigen Ausleg-Deuteley oder Verdrehungen der Reichs-Friedens-Schlüſſen und des Vatterlands Grund-Geſätzen anderſt, als wie bishero in dem H. Reich zum rechten Herkommen und zu gemeinſamen Band, angenommen und Herkommens ſeynd, oder wie ſolche noch weiters gemeinſamlich werden verglichen, und von Kayſerl. Majeſtät ratificiret, mithin bündig und recht werden, einigen Anlaß zu geben; geſtalten ſolches niemand nach dem Enthalt deren Reichs-Satzungen, und deren wahren von Kayſerl. Majeſtät, und dem Reich beliebten und gemeinſamlich erkännten Interpretation zu lehren, zu richten, und zu ſchlichten ſeyen, widrigenfalls die ohnerfindliche dem gemeinen Weeſen grundverderbliche *Principia*, wie man dermalen zu *ſtatuiren* ſuchet, freylich noch weiters einſchlagen würden und müſten; wogegen und wider alle ſolche *Neotericos* Ihro Kayſerl. Majeſtät Dero Reichs-Fiſcales nochmahlen zu der ſtrengſten Beobachtung ihres Amts vielmehr anzuhalten, widrigenfalls auch denen Univerſitäten ihre Privilegia zu caſſiren, auch ſie mit ernſthafteren Straffen geſtalten Dingen nach anzuſehen genöthigt ſeyn würden.

Quod idem inferius circa fidem repetit, Conſtitutionem Cæſaream, anno MDCCXV. editam, innovando in verbis: In dem übrigen wollten Ihro Kayſerl. Majeſtät

P

jeſtät wegen denen in Religions-Sachen, oder zwiſchen Religions-Verwandten bey denen höchſten Reichs-Gerichtern anhangenden Dingen, Rechts-Händlen, wie auch denen verpönten Drucken, und Schmählereyen ihr im Jahr 1715. erlaſſenes Edict, und auch vorgemeldte Anmahnungen an Dero Kayſerl. Höchſte Reichs-Gericht, und an Dero Kayſerl. Reichs-Fiſcales und Bücher-Commiſſarios allerdings hiermit erneuret haben, ſonſten auch an Dero Kayſerl. unpartheyiſchen Amt, und ferneren Sorgfalt in Rechts- und Reichs-Geiſt- und Weltlichen Sachen weiters ohnermüdet nichts ermanglen laſſen.

XXIII. Illud vero potius mirari, impartialis cujuscunque animum ſubire merito poterit, ac debebit, qui Decretum ejusmodi, tanto Authoritatis Cæſareæ pondere roboratum, tanta verborum energia conceptum, tam ſeveris quoque pœnis munitum, ſuo tamen effectu & executione hactenus deſtitutum permanſerit, cum omnes fere Proteſtantici Doctores, alii alios ſecuti, & cœco fere obſequio ſic dicti Corporis Evangelicorum ducti, abdicata antiquiorum virorum, ſuæ Religionis Eruditiſſimorum, communi & unanimi ſententia, neotericis hiſce, uti Decretum mox recitatum ait, principiis adhæſerint; quid? quod eadem, progrediente tempore, & arctiori inter præpotentiores ipſorum Status fœdere colligato, ubi per vires licuit, inſuper habita ſuprema Cæſaris in Imperio & Judiciali & Executoriali legum publicarum Auctoritate, ex ſolis Politicis, ad propriam ipſorum convenientiam pertinentibus, quas publicis etiam Scriptis propalare non veriti ſunt, rationibus ſemper

ſem-

Digitized by Google

ſemperque longius ad extremos usque apices, hoc noſtro etiam ævo, urgere, unitis ſtudiis & viribus perrexerint.

XXIV. Exemplum recentiſſimum, & bello moderna Pace ſopito proximum ſubminiſtrat Monaſterii Dierdorffenſis erectio, & publici, utut ſatis limitati, Religionis Catholicæ Exercitii ſubditis Catholicis ibidem degentibus conceſſio à Comite de Wiedrunckel, ſic dictæ Reformatæ & eidem cum ſubditis ſuis Religioni addicto, ad interceſſionem GEORGII FRANCISCI quondam Electoris Trevirenſis, anno MDCCLV. facta, quæ variis Corporis Evangelicorum ita dicti Concluſis, diverſisque ejusdem, tum ad Comitem, tum ad Reges Daniæ atque Boruſſiæ, tum ad Ducem Brunſuico - Guelpherbitanum, atque Principeſſam Oraniæ literis, & reſponſoriis Comitis ad has redditis occaſionem dedit, ex quibus utriusque partis rationes abunde colliguntur; quæ autem omnes ex parte Proteſtantium, uno veluti pugno comprehenſæ, ad ſpeciem quidem & apparentiam in obſervantia habituali & ſtatu abſtracto anni normalis, reapſe vero in propria potius convenientia, & pertimeſcendo demum, ſi ipſi adeo Proteſtantes Status cum Catholicis circa introductionem ſimultanei conſentirent, ſummo Religionis Proteſtanticæ præjudicio, aut ultimo etiam quaſi excidio fundabantur, uti literæ ejusdem ſic dicti Corporis Evangelicorum ad D. Comitem IV. Junii anno MDCCLV. datæ teſtantur, quas refert

Moser, *im Staats-Archiv* 1755. 7ten Theil.

Interea vero Comes in ſuis reſponſoriis ad potentiſſimum Regem Boruſſiæ datis antiquæ P. W. interpretationi tam

antiquiore, quam recentiore hactenus per totum Imperium uſitata praxi confirmatæ, uti in prooemio earundem literarum ait, innitebatur. Brevem extractum huc concernentem ipſimet damus. Ich konnte nicht vermuthen, inquit ibidem Comes, daß eben beregte meine Burgerſchafft auf notoriam poſſeſſionem anni decretorii ſich beruffen, und die Bewilligung quæſt. vor eine gegen dieſes in dem Weſtphäliſchen Friedens-Inſtrument beſtimmte Entſcheid-Jahr angehende Handlung ausgeben würde; dieweil derjenige, welcher ſich auf den terminum regulativum 1624. beruffet, das factum poſſeſſionis erweiſen mus, welcher Beweis aber in gegenwärtigen Vorfall auch um deßwillen ohnmöglich fallet, da der zwiſchen Chur-Trier und meinem Vorfahrer an der Regierung vornehmlich zu Gunſten der damahls noch Catholiſchen dahieſigen Burgerſchafft im Jahr 1630. geſchloſſene Vergleich, welchen die mehr berührte Burgerſchafft, noch beſtändig gegen die Grafſchafft anführet, deutlich beſaget, daß das Catholicum exercitium in der hieſigen Stadt-Kirchen gehalten, geübet, dem Grafen aber in ſeinem Schloß für ſich, ſeine Familie, und Diener in ihrem Evangeliſchen Exercitio keine Intrag, noch Verhinderung geſchehen, ſodann dem Grafen erlaubt ſeyn ſolle, einen Catholiſchen tauglichen Prieſter zur Pfarr zu Dierdorff zu ernennen; woraus der vernünftige Schluß ſich machen laſſet, daß die reformirte Religion nicht in dem Entſcheidungs-Jahr ſolitarie in offentlicher Ubung geweſen, ſondern erſt lang hernach eingeführet worden ſeye. Ubrigens fielen alle Begrieff von einem meinen Reformirten Unterthanen allhier zuſtehenden Widerſpruchs-Recht gäntzlich hinweg, dieweil auf den Fall auch ex ſtatu anni normalis der Poſ-

ſeſſions

ſeſſions-Zuſtand der alleinigen Reformirten Religion dahier ſich erweißlich herleiten lieſſe, meine Cloſter-Baues-Bewilligung nicht das mindeſte zur Veränderung und Beeinträchtigung ſothanen allenfalſigen Status gereichendes enthaltet und involviret; Allerwogen nach klaren Innhalt des Bewilligungs-Brieffs ſolche gar nicht einmahl auf ein Simultaneum oder Neben-Einführung der Catholiſchen, zum Nachtheil meiner Reformirten Religion gedeutet, auch das Cloſter nicht in dem Ort Dierdorff, ſondern in meiner vor deſſen Thor und Mauren neu angelegten Vorſtadt erbauet werden ſolle. Ad exempla dein plurium Statuum Proteſtantium provocat, qui itidem ſuis in urbibus Catholicæ Religionis Exercitium conceſſerint, ab ipſo adeo Corpore Evangelicorum non negata. Imo etiam à Proavo ſuo Catholicis in Neuwied Exercitium publicum Religionis anno MDCXLVIII., contradicente nemine, conceſſum fuiſſe aſſerit. Quæ omnia etiam prolixius in ſcriptis ea ſuper re utrinque editis, & in Comitiis exhibitis, atque ad Sacram Cæſaream Majeſtatem & Conſilium Imperii Aulicum à Comite transmiſſis, deducuntur. Sunt autem hæc: 1.) Betrachtungen über des Herrn Grafen zu Wied-Runckel verſtatteten Catholiſchen Cloſter-Bau zu Dierdorff. Huic 2) reſpondit Illmus Comes in Scripto: der vertheidigte Cloſter-Bau, oder in der Vernunft, Religion und denen Reichs-Geſetzen beſtgegründete Rechtfertigung der von dem regierenden Grafen zu Wied-Runckel denen PP. Capucinern Rheiniſcher Provinz ertheilten Bewilligung, zu Erbauung eines Cloſters ihres Ordens in der vor ſeiner Dierdorffiſchen Reſidenz neu angelegten Vorſtadt. Præterea vero 3) Meditationibus illis ſupradictis oppoſitæ fuerunt Animadverſiones, ſive Anmerckungen

über die Betrachtungen ꝛc. Animadverſionibus hisce 4) reſponſum fuit a Tertio itidem Anonymo, edito opuſculo ſub Rubrica: Eines dritten kurze Beleuchtung derer über die Betrachtungen in der Dierdorfer Closter-Bau-Sache ans Licht getrettenen Anmerckungen. Cui ſucceſſit 5) poſtmodum Scriptum, contrariis tamen rurſus animadverſionibus adjectis, ſub cenſuram vocatum, cum inſcriptione: Kurze Abfertigung der ſo betitulten kurzen Beleuchtung eines Dritten, deren über die Betrachtungen in der Dierdorfer Closter-Bau-Sache ans Licht getrettenen Anmerckungen. Quæ omnia allegat Moser *loc. ſup. cit.* Et in extenſo referuntur in der Sammlung einiger neuer vorhin gedruckter und bisher ungedruckter Schriften ꝛc. ꝛc. Leipzig 1756.

XXV. Inde vero plura ſpecialia hoc in caſu colliguntur, quæ ſi unquam alias, hic certe, longiſſime plus petitiones Proteſtanticas porrectas fuiſſe, indigitant. Hæc inter primum eſt, quod hæc controverſia inter Dominum & ſubditos ejusdem religionis interceſſerit, quos inter ex ipſismet Proteſtantium Doctorum principiis, communi conſenſu admiſſis, annus decretorius locum non habet, utpote inter diſſentientes duntaxat Religiones per P. W. conſtitutus, ad quem propterea ſubditi, eidem cum Domino Religioni addicti, ſi Dominus etiam diverſæ Religionis aſſeclis Exercitium aliquod concedere, vel utile vel neceſſarium ſuo ſtatui judicaverit, absque temeraria ſuperioritatis Territorialis invaſione, & arroganti velut ejusdem ſibi affectata uſurpatione, provocare nequeunt. Deinde ipſam etiam anni normalis obſervantiam & poſſeſſionem tum habitam à Proteſtantibus non attendi docent, ubi arbitrariis ipſo-

ipſorum convenientiæ legibus repugnat, eliminato prorſus principio illo in ipſa ratione naturali fundato: *quod quisque Juris in alium ſtatuit, eodem ut & ipſe utatur.* Denique ultimatum Corporis ita dicti Evangelicorum ſcopum hæc controverſia in aprico collocat, ipſam videlicet ſupra Status impotentiores, quos minorum gentium Deos appellant, dominativum, e neotericis convenientiæ ſuæ principiis profectum, arbitrium; cum liberum Juris Territorialis in Eccleſiaſticis Exercitium Articulo VIII. §. 1. I. P. W. omnibus ex æquo Statibus aſſertum atque confirmatum, potentioribus quidem relinquunt, infirmioribus vero Statibus ipſi, tanquam meri Conſtatuum Legati atque Miniſtri, interdicere atque vetare auſi fuerint.

XXVI. His igitur omnibus & acceſſit, & animos addidit majores concepta ſemel de Scripto utroque ſupra memorato opinio atque exiſtimatio, in ipſis adeo Comitiis Ratisbonæ publice propoſita, dum in literis, nomine Corporis Evangelicorum ita dicti ad S. C. M. XIV. Martii MDCCXXXIX. datis, publice jactare non dubitarunt, utramque hanc deductionem: Ungrund und Urſprung des *Simultanei*: necdum refutatam fuiſſe; cum tamen, ſiqua Catholicorum hac in re Scriptorum penuria ſit, ea potius ipſi communi de clara P. W. litera opinioni, & antiquiori Proteſtantium ipſorummet Auctorum conſenſui, quam argumentorum, quibus id præſtari potuerit, defectui adſcribenda veniret. Jam ſuperius præmonitum fuit, pleraque argumenta in deductionem: Ungrund des *Simultanei*, ex projecto per Dire-

re-

CAPUT IV.

Salva Exercitii Religionis libertate, quam Subditi ex poſſeſſione in anno Decretorio habita per P. W. obtinuerunt, Domino Territoriali Jus Reformandi, vi cujus Simultaneum Religionis ſuæ Exercitium in eodem loco, quo illud anno MDCXXIV. non fuerat, introducere poſſit, ex I. P. W. competere, demonſtrat.

SUMMARIA.

I. *Tranſitio ad præſens Caput.*
II. *Simultanei notio, & diviſio in craſſum & innoxium.*
III. *Pro Simultaneo innoxio fit argumentum ex* §. 1. *Art. V. I. P. O.*
IV. *In eandem rem afferuntur* §§. 30. & 31. *ejuſd. Art. V. ceu quibus ſedes propria & fundamentalis hujus Quæſtionis continetur.*
V. *Uterque* §. *non ſeorſim, ſed conjunctim ſumendus eſt.*
VI. *Genuinus ſenſus atque conſtructio utriuſque* §. *exponitur.*
VII. *Diſcutitur ſpecialiter* §. 30.
VIII. *Quid ſpecialiter* §. 31. *diſponatur, oſtenditur.*
IX. *Concluſio inde deducitur.*
X. *Energica* §. 30. *diſpoſitio non debet eſſe ſine effectu poſita.*
XI. *Contra deducta hactenus tres Proteſtantium exceptiones adducuntur.*
XII. & XIII. *Evolvitur prima Exceptio, qua negant Proteſtantes*

ſtantes in §. 30. *regulam, exceptionem in* §. 31. *contineri;*

XIV *Et* (1.) *ex propria Proteſtantium ſententia,*

XV. (2.) *Ex Tractatibus P. W.,*

XVI. (3.) *Ex tenore Pacis refellitur.*

XVII. *In quorum confirmationem Decretum in Cauſa Hœxterana emanatum profertur.*

XVIII. *Regulam Juris Reformandi annum normalem non eſſe, defenditur.*

XIX. *Fit reflexio ſuper hac anni normalis nomenclatura.*

XX. *Secunda Proteſtantium exceptio, de ſtatu & habitu anni normalis inſpiciendo, affertur,*

XXI. XXII. & XXIII. *Atque itidem* (1.) *ex Actis P. W,*

XXIV. (2.) *Ex litera & textu ejusdem,*

XXV. (3.) *Ex* §§*phorum comparatione,*

XXVI. (4.) *Demum ex conſectariis refellitur.*

XXVII. *Corollarium de multiplicatis Proteſtantium Gravaminibus & Reverſalibus, quæ à Neo-Converſis Principibus exiguntur, ex hactenus allatis deducitur.*

XXVIII. *Tertia Proteſtantium exceptio de Jure prohibendi ſubditorum*

XXIX. *Rurſus* (a) *ex Actis & Protocollis tam ante,*

XXX. *Quam poſt confectos & ſubſcriptos jam* §§. 30. & 31.

XXXI. (b) *Ex textu Legis & præcipue ex* §. 30. *Art. V. I. P. W.*

XXXII. *Ex* §. 1. *Art. VIII.*

XXXIII. *Ex* §. 31. *Art. V.*

XXXIV. (c) *Ex momentis rationum, atque*

XXXV. (d) *Ex integra ſerie ac connexione Hiſtoriæ Tractatuum P. W. confutatur.*

XXXVI. *Fit Concluſio hujus Capitis.*

Quæ

Digitized by Google

I.

Quæ fata, quasque viciſſitudines conceſſum ſubditis, per Pacis Weſtphalicæ diſpoſitionem, liberum ſuæ Religionis exercitium inde à temporibus conditæ hujusce Pacis ad nos ferme usque habuerit, quamque ingenti illud ſtudio, recentiori præſertim hac ætate, in præjudicium Domini Territorialis, illique competentis Juris reformandi extendere Proteſtantes conati fuerint, ſuperiori Capite ſat edocuimus. Animus nunc eſt, Conventionem ipſam adire, eandemque ad ſuos fontes, principia & regulas diſcutere, atque ex horum omnium recta applicatione demonſtrare, ſubditis equidem, qui in anno MDCXXIV. quacunque anni parte, vel publicum, vel privatum Religionis ſuæ exercitium habuerunt, quatenus illud una cum annexis dicto anno exercuerunt, aut exercitum fuiſſe, probare poterunt, impoſterum etiam à Domino Territoriali concedendum eſſe; ita tamen, ut de cætero, & ſalvo hoc ſubditorum exercitio, ſalvaque omni, quam circa illud in præfato anno habuerunt, poſſeſſione, ſalvum quoque eidem Domino Territoriali ſit, manereque debeat Jus reformandi, vi cujus poſſit & ſuæ, cui is addictus eſt, Religionis exercitium in eodem loco, urbe, pagove ordinare; ſubditis ſuæ, quam Dominus profitetur, Religionis aſſeclis templa, aut nova extruere, aut antiqua, quæ in ſic dicto anno normali in poteſtate ſubditorum diverſæ Religionis conſtituta non erant, exercendæ ſuæ Religionis uſui addicere; atque ita, quod vocant, Simultaneum vel coexercitium ſuperinducere.

Digitized by Google

tas etiam excitari lites & tumultus perſæpe jam compertum fuit. Hæc igitur, ut quam longiſſime avertantur, præcaveanturque, nunquam ſane Territorii Domino authores ſimus, ut crudum hoc, quod ajunt, Simultaneum quodam in loco introducat. Exſtruat potius, ſi ſuæ velit Religioni, ejusque exercitio conſulere, propriis ſumptibus templa nova, ubi non adſunt talia, quæ in anno MDCXXIV. à cultu diverſæ Religionis erant vacua. Fundet ipſe novos reditus, conſtituatque nova ſalaria. Sit, verbo, è propria crumena hac in parte liberalis. Id enimvero ſi faciat, ut ſcilicet Dominus Territorialis v. g. Catholicus ſuis ſubditis diverſæ Religioni addictis, quæ in anno vigeſimo quarto prioris ſæculi privative poſſederunt, privative impoſterum relinquat; de cætero autem in eodem pago Catholicis ſuæ quoque Religionis exercitium publicum permittat, templa in mox dicto anno ab omni poſſeſſione vacua illis aſſignet, vel, his abſentibus, nova ſuis ſumptibus exſtruat, ſalaria nova conſtituat, & quæ ſunt id genus alia, tum *innoxium* introducere Simultaneum dicimus, non equidem eo ſenſu, quod tale Simultaneum commoditati ſubditorum forte non detrahat interdum, aut non ſit aliquali illis, ut ipſi quidem volunt, ſcandalo, vel offendiculo; ſed ea ſignificatione, quod hoc Simultaneo inducto juribus ſubditorum ex P. W. quæſitis nihil prorſus adimatur. Ad hæc quippe jura, ut Dominus attendat, habet, non itidem ad commoditatem, aut aliquale ſcandalum, vel offendiculum ſubditorum. Hos non nimis delicatos eſſe oportet, ſed memores conditionis ſuæ. Res igitur tota, præſenti hocce Capite demonſtranda, eo redit, ut contra effata & aſſerta recentiorum præſertim Proteſtantium, poſt ſalvatam ſubditorum, quoad exercitium

 Re-

Digitized by Google

Religionis in anno MDCXXIV. habitum, libertatem, vindicemus quoque Domino Territoriali Jus reformandi, vi cujus, abſque præfatæ libertatis præjudicio, Simultaneum ſuæ Religionis exercitium eodem in loco queat introducere.

III. Et vero, ſi vel à limine Articulum V. I. P. O., quo de gravaminibus, quæ tam inter ipſos utriusque Religionis Status & Principes, quam inter Status & proprios eorundem ſubditos usque eo vertebantur, univerſim conventum atque transactum fuit, lubeat inſpicere; mox in primo ejusdem §pho generalis hæcce regula ſtabilita legitur, quod „*Pax Religioſa in omnibus ſuis Capitulis rata haberi,* „*ſanctèque & inviolabiliter ſervari;* quæ vero de nonnullis „in ea controverſis Articulis hac Transactione Weſtphali„ca communi partium placito ſtatuta ſunt, ea *pro perpe„tua dictæ Pacis declaratione* tam in Judiciis, quam alibi „obſervanda, non attenta cujusvis, ſeu Eccleſiaſtici, ſeu Po„litici, intra vel extra Imperium quocunque tempore inter„poſita contradictione, haberi debeant. Porro ex illis, quæ Cap. I. dicta fuerunt, ſatis in aprico eſt, quam claris, quamque irrefragabilibus verbis in dicta Pace Religioſa §. Und damit ſolcher Fried ꝛc. Jus reformandi Statibus Imperii fuerit aſſertum. Iſtud igitur ut impoſterum ratum habeatur, ſanctèque & inviolabiliter ſervetur, Pax Weſtphalica hoc loco inprimis jubet. Et quamvis hac poſteriore Pacificatione ſuos illud limites quoad ſubditos, qui in anno normali Religionis ſuæ exercitium habuerunt, acceperit; id tamen prorſus, atque ita ſublatum eſſe, ut, ſalvo hoc dictorum ſubditorum exercitio, uti eo-

dem

dem Domino Territoriali haud liceat, juſta ſane exinde ſequela derivari nequit. Certe alias non limitatam ac declaratam, ſed correctam, ſed immutatam atque ſublatam hac Conventione Weſtphalica Pacem Religioſam fuiſſe, dicendum omnino foret; id quod tamen mox relatis Artic. V. §. 1. verbis è diametro repugnaret.

IV. Generalem hanc eſſe regulam, & ceu fundamentum cæteris omnibus Articuli V. §§phis in prima ſtatim fronte præmiſſam, mox innuimus. Quam vero impenſa ejusdem ſemper, & in decurſu fuerit ratio habita, ut hic dilucidemus multis, quod præſertim extra præſentium id ſcopum eſſet, haud opus eſſe credimus. Vel ſolus §. 30. dicti Artic. V. luculento id nobis argumento comprobare poteſt, quo, ut beneficium emigrandi, dudum in *Pace Religionis* ſubditis, ſi à Religione Domini Territorialis diſſenſerint, conceſſum, porro quoque ab utriusque Religionis Statibus concedatur, obſerveturque, in verbis, quod ajunt, terminantibus conventum fuit. Sed quoniam hoc ipſo & ſequenti §. 31. jam in eum locum incidimus, qui velut ſedes propria, ſpecifica & fundamentalis hujus noſtræ, quam modo tractamus, controverſiæ eſt; antequam ad eorum ductum ac diſpoſitionem rem totam penitius examinemus, utriusque §phi verba formalia ulterioribus noſtris meditationibus præfigere lubet. Sic autem illa ſonant: §. XII. 30. *Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vaſallos, Civitates, Fundationes, Monaſteria, Commendas, Communitates & Subditos Statibus Imperii immediatis, ſive Eccle-*

cleſiaſticis, ſive Secularibus ſubjectos pertinet: cum ejusmodi Statibus immediatis cum Jure Territorii & ſuperioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi, etiam Jus reformandi exercitium Religionis competat, ac dudum in pace Religionis Statuum ſubditis, ſi à Religione Domini Territorii diſſentiant, beneficium emigrandi conceſſum, inſuper majoris concordiæ inter Status conſervandæ cauſa, cautum fuerit; quod nemo alienos ſubditos ad ſuam Religionem pertrahere, eave cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat; Conventum eſt, hoc idem porro quoque ab utriusque Religionis Statibus obſervari, nullique Statui immediato Jus, quod ipſi ratione territorii & ſuperioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere. 31. *Hoc tamen non obſtante Statuum Catholicorum Landſaſſii, Vaſalli & ſubditi cujuscunque generis, qui ſive publicum ſive privatum Aug. Confeſſ. exercitium anno MDCXXIV. quacunque anni parte, ſive certo pacto aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique obſervantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam impoſterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe, probare poterunt. Cujusmodi annexa habentur inſtitutio Conſiſtoriorum, miniſteriorum tam Scholaſticorum, quam Eccleſiaſticorum, Jus Patronatus, aliaque ſimilia Jura, nec minus maneant in poſſeſſione omnium dicto tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum, Monaſteriorum, hoſpitalium cum omnibus pertinentiis, reditibus & acceſſionibus.* 32. *Turbati aut quocunque modo deſtituti vero ſine ulla exceptione in eum, quo anno MDCXXIV. fuerant, ſtatum plenarie reſtituantur. Idemque obſervetur ratione*

ne

ne ſubditorum Catholicorum Auguſtanæ Confeſſionis Statuum, ubi dicto anno MDCXXIV. uſum & exercitium Catholicæ Religionis publicum aut privatum habuerunt.

V. Non poſſumus non ſollicite hic præmonere, utrumque modo relatum §phum non ſeparatim, ſed conjunctim ſumendum atque dijudicandum eſſe. Alium ab alio ſi ſecernas, ac ſeorſim conſideres, impinges utrinque, & à vera utriusque mente toto cœlo aberrabis. Conſiderato enim ſolo §pho 30. quis non judicet de illimitato reformandi Jure, quod tamen ſuo modo §. 31. reſtringit? Viciſſim, ſolo §pho 31. inſpecto, quis Jus reformandi inde conjiciet? quod tamen Dominis Territorialibus cum Jure Territorii & ſuperioritatis, ex communi per totum Imperium praxi hactenus uſitata, competere, §phus 30. indubitanter aſſerit. Uniti igitur, non diviſi hi §§phi conſiderandi ſunt. Quo tamen in genere peccarunt fere omnes, quotquot nobis hac in re ex adverſo ſunt, qui, reticito plerumque, ſive ex fraude & aſtutia, quod nolim dicere, ſive ex incuria, aut neſcio, quo alio vitio, §pho 30. integro, è truncatis quibusdam §phi 31. verbis aut paſſibus ſuæ fundamentum intentionis conantur evincere; quod tamen, adhibito dicto §pho 30., ſenſuque totius enunciationis ſic in integrum reſtituto, mox corruat, neceſſe eſt. Integrum quippe Judicium haberi nequit, ubi diſpoſitionis integræ ratio non habetur. Particulæ conjunctivæ: *Hoc tamen non obſtante*: §. 31. præfixæ, jam ex natura ſua & ſignificatione Grammaticali imperfectum quendam ſenſum arguunt, ac aliud quid præceſſiſſe ſupponunt, anteriusque cum poſteriori conjungi deſiderant. Et, ſi ad ipſos, qui utrum-

que hunc §phum anteiverunt, Tractatus recurrere pauliſper libeat, fortiſſimum ſane pro neceſſaria utriusque §phi conjunctione argumentum exinde nobis ſuppeditatur, quod toto illorum tempore ſimultaneæ de utroque conſultationes ac conferentiæ, petitaque reciproca formata fuerint. Ab initio Tractatuum, & quamdiu ſuper exercitio diverſæ Religionis, ſubditis concedendo, haud conſentire volebant Catholici, continuo ad Jus reformandi, Dominis Territorialibus ex ipſismet Proteſtantium inductis principiis, ex praxi hactenus in Imperio uſitata, ex ipſa demum P. R. diſpoſitione competens, provocabant. Cum vero deinceps ad illud ſub certis modis, conditionibus atque limitibus concedendum proniores evaderent, ſemper& ad finem usque illa, quæ de Jure reformandi §. 30. inſerta leguntur, Projecto Inſtrumenti Pacis, deſuper conficiendi ,præmittenda eſſe urgebant, adeo, ut, dum ſub finem ferme Tractatuum Proteſtantes expunctionem regulæ illius generalis de Jure reformandi Juri territoriali annexo velut ultimato poſtulabant, Catholici nihilominus in ſuis ulterioribus Conceptibus eandem inceſſanter repeterent, nullisque permoveri rationibus poſſent, quo minus illa Inſtrumento Pacis, verbis, quibus nunc §. 30. extat, prægnantiſſimis insereretur. *Conf. omnino Caput II. hujus Diſſertationis*, è quo ſparſim ea, quæ poſtremo hoc loco dicta fuere, uberius ſunt ſtabilienda.

VI. Hoc præliminariter obſervato, facile apparet, prædictorum §§rum diſpoſitioni ſenſum atque conſtructionem haud aliam ineſſe poſſe, quam ut Statibus Imperii

Jus

Jus reformandi, ex praxi hactenus uſitata, & ſuperveniente clara Legis, Pacis nimirum Religioſæ, diſpoſitione aſſertum, pro futuro etiam ſtabilitum hisce maneat, ita tamen, ut ex eo ſubditorum diſſentientis à ſuo Domino Religionis poſſeſſioni, quam circa ſuæ exercitium Religionis ejusque annexa in anno MDCXXIV. & quacunque ejusdem anni parte quovis ex titulo ſeu facti, ſeu Juris, ſive juſto alias, ſive injuſto habuerunt, nullum fiat præjudicium, ſed, hoc Jure reformandi, quo alias adverſus eosdem ſubditos uti poſſet, non obſtante, illi in eadem poſſeſſione pacifice relinquantur, aut, ſi turbati fuerint, mox in eandem reſtituantur.

VII. Scilicet in §pho 30., „Statibus immediatis cum „Jure Territorii & ſuperioritatis ex communi per to„tum Imperium hactenus uſitata praxi etiam Jus re„formandi exercitium religionis ita competere, clariſſi„me enunciatur, ut, quod Pace Religioſa deinceps ma„joris concordiæ inter Status conſervandæ cauſa, & nequod ab ullo huic Juri reformandi præjudicium creetur, cautum fuit, nemo alienos ſubditos ad ſuam Religionem pertrahere, eave cauſa in defenſionem aut protectionem ſuſcipere, illisve ulla ratione patrocinari debeat. Nolumus autem hic in ſingulorum huc allatorum verborum analyſin atque interpretationem latius nos diffundere, cum id in Diſſertatione noſtra *de Jure reformandi novo Art. I.* abunde præſtitum fuiſſe meminerimus. Illud tamen, quin moneamus, haud prætermittendum duximus, citatis verbis Jus reformandi in ſtatu ſuo quaſi naturali, primigenio & illimitato repræſentari, atque efferri, ceu in quo triplici hocce

introductionis, expulſionis, aut ſi mallebat compulſionis effectu gaudebat. Illimitatum vero hoc Jus reformandi „jam dudum in Pace Religionis quo„dammodo reſtrictum, taliumque Statuum ſubditis, ſi „à Religione Domini Territorii diſſentiant, eamque am„plecti renuant, beneficium emigrandi conceſſum fuiſſe, additis proinde hiſce modo allatis verbis ſæpe fatum Jus reformandi velut in ſecundo ſuo ſtatu, quem ex Pace Religioſa nactum fuerat, & vi cujus, amiſſo tertio compulſionis effectu, duplici adhucdum introductionis & expulſionis facultate pollebat, conſid erari, ulterius pateſcit. Atque ſic, & in ſecundo hoc ſtatu ſuo conſideratum Jus reformandi „porro quoque ab utriusque Religionis Stati„bus obſervari, nullique Statui immediato Jus, quod ipſi „ratione territorii & ſuperioritatis in negotio religionis „competit, impediri oportere, poſtremis hujus §. 30. verbis conventum fuit, atque declaratum.

VIII. Aſt dura nimis hæc Dominorum reformandi poteſtas, & diſſentientis Religionis ſubditis, & illis, qui eosdem in defenſionem, protectionem atque patrocinium ſuſcipiebant, ſat diu jam videbatur, cujus tamen paulo antehac primarii authores atque promotores extiterunt. Atque ideo jam in præviis Pacis Religioſæ Tractatibus mox pro omnibus, mox pro certa ſubditorum claſſe atque ſpecie liberum adverſus Jus reformandi ſuorum Dominorum Religionis ſuæ exercitium poſtulabant; ſed voti ſui compotes haud effecti nonniſi beneficium emigrandi pro dictis ſubditis ea Pace obtinuere; (*Cap. I. hujus Diſſert.*) cum vero hoc emigrandi beneficio rei ſubditorum necdum ſatis proſpectum eſſe crederent; ulteriores fere in-

Digitized by Google

indies querelas, motus & gravamina excitarunt, donec tandem, poſt multas longasque diſputationes, ſuperatasque difficultates fere innumeras, hac P. W. Art. V. §. 31. illud concederetur, ut, hoc non obſtante, quod §pho antecedente 30. de Jure reformandi exercitium Religionis, Statibus Imperii immediatis cum Jure territorii & ſuperioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi competente, conventum, ſancitum, atque diſpoſitum fuit, ſubditi nihilominus, „qui ſive publicum ſive privatum ſuæ Religionis exer„citium anno MDCXXIV. quacunque anni parte, ſive „certo pacto, aut privilegio, ſeu longo uſu, vel ſola „denique obſervantia dicti anni habuerunt, retineant id „etiam impoſterum una cum annexis, quatenus illa di„cto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare po„terunt . . . nec minus maneant in poſſeſſione omni„um dicto tempore in poteſtate eorundem conſtituto„rum templorum, fundationum &c. cum omnibus per„tinentiis, reditibus & acceſſionibus.

IX. Igitur Dominus Territorii in exercitio & uſu Juris reformandi, prout illud ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi habuit, impediri à nemine debet. Hoc §. 30. diſertis jubet. Interim tamen & ſubditi retineant exercitium ſuæ Religionis una cum annexis, quatenus illa quacunque anni MDCXXIV. parte exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt. Relinquantur in poſſeſſione omnium fundationum, Monaſteriorum, Jurium, & templorum dicto tempore in poteſtate eorum conſtitutorum. Atque hoc eſt, quod illis §. 31. indulget. Quodſi proinde Territorii Dominus

præ-

prædictis ſubditis exercitium ſuæ Religionis una cum annexis liberum, atque imperturbatam templorum, fundationum, aliorumque Jurium in eorum poteſtate conſtitutorum poſſeſſionem relinquat, nihil ſane eſt, quod impedimento eſſe ipſi poſſit, quo minus in introducendo ſimul ſuæ Religionis exercitio, in concedendis ad cultum ſuæ Religionis templis reditibusque, toto anno vigeſimo quarto ab omni religioſi cultus exercitio vacuis, & in poteſtate ſubditorum alienæ Religionis non conſtitutis, in exſtruendis novis ad eundem finem templis, aſſignandisque novis, principali libertate, reditibus &c. ſuo Jure reformandi utatur.

X. Satis plana hæc ſunt ex ipſis §§phorum verbis atque perſpicua. Nec ſane plus dictis, propitio utriusque §phi ſenſu, in ſui favorem ſubditi petere poſſunt, niſi dicere velimus, §. 30. ſine omni effectu tam multis & energicis verbis poſitum fuiſſe, quod tamen omnino abſonum videtur. Probe hoc advertebat Author Anonymus Scripti: Urſprung des ſogenannten *Simultanei &c.* qui ne hoc argumento premeretur, ſub finem citati Scripti hosce Juris reformandi effectus, poſt conditam P. W. adhucdum reſiduos, recenſere conatur, quod ſcilicet Domino territoriali Jus adhucdum ſit & maneat (1) quascunque Religiones peregrinas, & à tribus in Imperio toleratis diſſentientes, eliminandi. (2) Quidquid per abuſus & pravas conſuetudines vel alias adverſus obſervantiam anni MDCXXIV. irrepſit, vi poteſtatis territorialis reſtituendi. (3) Subditos Catholicos reſpective vel Proteſtanticos, qui anno normali nullum ſuæ Religionis exercitium habuerunt, expellendi. (4) In

Ter-

terras oppignoratas ad ſe reverſas ſuæ Religionis exercitium introducendi, & (5) demum, Si inter ſolos Proteſtantes res ſit, Concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis, citra ſubditorum tamen onus aut præjudicium, ſecum atque in reſidentia ſua habendi.

Vid. Fabri Staats-Canʒley *Tom. XXXV. p.* 461.

Atenim multum veremur, ne aſſignatis hiſce Juris reformandi effectibus, poſt P. W. reſiduis, mentem verborum in §pho quæſtionis noſtræ expreſſorum attingat. Multo ſane ampliores, recenſitis hiſce, & extantiores effectus ſunt, quos ex noſtro hoc §. Juri reformandi ſuperſtites vindicemus, neceſſe eſt. Ibidem quippe Jus reformandi non qualecunque, *ſed prout ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi* Dominis Territorialibus competebat, eisdem rurſus aſſeritur, & ut *hoc Idem* porro quoque ab utriusque Religionis Statibus inimpedibiliter exerceatur, conventum eſt. Hoc enimvero ſub reſpectu ſi Jus reformandi conſideretur, multo ſeſe, tam quoad introductionem propriæ, cui Dominus adhærebat, Religionis, quam quoad expulſionem alienæ, ex jam ſupradictis extendebat latius, ac ut intra arctos hoſce, quos præfatus Auctor eidem ponit, terminos reſtringi ſeſe pateretur. Verum & exinde hic §phus compaciſcentibus Suecis ac Proteſtantibus adeo non arridebat, ut ejusdem in Inſtrumento Pacis omiſſionem ad extremum usque, toties quoties à Cæſareanis vel Catholicis projectum offerretur, ſummo ſemper cum ſtrepitu atque fervore urgerent. *Vid. Cap. II. hujus Diſſert.*

Quos

Quoſ ſane tumultus atque difficultates ejuſdem in di-ctum Pacis Inſtrumentum inſertio faceſſere haud potuisſet, ni nobiliores his, quos Auctor præfati Scripti recenſet, effectus in vim illius Juri reformandi attribuendos eſſe, memorati Compaciſcentes perſpectum habuisſent. Atque ut effectus ſingulos ab Authore recitatos percurramus breviter, *primus* quoad Jus expellendi Religiones peregrinas, ac in Imperio non toleratas, talis profecto & tantus haud eſt, ut tam ingentia inter Catholicos & Proteſtantes diſſidia excitaret, ſiquidem mutuo ſemper ſtudio & unitis viribus eo ſemper contenderent, ut præter Religiones toleratas nulla alia in Imperio Romano reciperetur, vel toleraretur. Cujus rei luculento ſatis argumento erit, ſi modo pauliſper rememorari libeat, quanta opera, quantoque labore conſtiterit ſic dictis Reformatis, donec tandem per P. W. Art. VII. in conſortium Religionis in Imperio admitterentur; cum tamen ſuam Religionem ab ea, quam Proteſtantes profitebantur, differre nihil, ſemper jactitarent. *Secundus* effectus in ſarta tecta ſervanda anni normalis obſervantia ſeſe exerens, oneri potius & præjudicio eſt Juri reformandi, quam favori, atque una cum *tertio* de Jure expellendi illos, quibus poſſeſſio in anno normali habita non ſuffragatur, citra multam difficultatem atque contradictionem §. 35. & ſeqq. ejuſd. Art. V. clare inſertus habetur. De *quarto* effectu, Jus introducendi propriam Religionem in terris oppignoratis concernente, jam ante conditum §phum hunc 30. in §. 27. conventum erat. Ob eundem igitur novis contradictionibus hic opus non erat. *Quintum*

de-

Digitized by Google

demum huc omnino impertinentem eſſe, primo ſtatim intuitu pateſcit, ſiquidem, non quæ inter Dominum & ſubditos Proteſtantes, ſed quæ inter Dominum Catholicum & ſubditos Proteſtantes, vel viciſſim, controvertitur, Exercitii Religionis libertas hic in quæſtione ſit. De utroque etiam hoc poſteriore effectu in Capite ſubſequente amplior & commodior dicendi locus erit.

XI. Alius igitur omnino effectus aſſignandus erit, ut prædicta abſurditas evitetur, atque §phi 30. diſpoſitio ſterilis, inutilis, otioſa ac fruſtranea dici nequeat? Sed in quo illum reponamus alio, niſi, uti jam diximus, in eo, quod ſalva ſubditorum, prout in anno normali poſſederunt, exercitii libertate, Domino quoque Territorii ſuam pariter Religionem fas liberumque ſit introducere. Hic ſane effectus ille eſt, quem clara Pacis litera eloquitur, quem hiſtoria, Acta & Protocolla, ceu fidi & indubii Interpretes evincunt, quem reliqua legitima interpretationis adminicula efficaciter ſatis perſuadent. Eum tamen ut excludant Adverſarii, contra factam hactenus utriusque §phi analyſin ſequentia excipiunt. Videlicet (*a*) in noſtra hac explicatione gratis ſupponi adſtruique *Regulam* ex §. 30, ex §. 31. *exceptionem*. Utriusque enim tam Juris Reformandi, quam exercitii Religionis normam ac regulam eſſe annum MDCXXIV. Atque (*b*) eum quidem etiam, prout Regulam Juris Reformandi & Exercitii Religionis conſtituit, non ſecundum factum habitæ poſſeſſionis, ſed ſecundum *nudum Statum loci habitualem* conſiderari debere, ita, ut (*c*) ſiquid Territorii Dominus adverſus hunc anni normalis ſtatum immutare cogitet,

Digitized by Google

Jus ſtatim enaſcatur ſubditis diverſæ Religionis, eundem *prohibendi*, ut à re tali, ceu attentato, deſiſtat. Hæc ſunt, quibus concludentem pro re noſtra utriusque dicti §phi diſpoſitionem conantur elidere; atque eliderent etiam, ſi, quod aſſerunt, aut ex ſiniſtris aliorum §§phorum huc minime pertinentium depravationibus contorquent, vel per apertam Pacis literam, vel per ejuſdem hiſtoriam, Acta & Documenta ſuffulcire poſſent, atque corroborare. Sed enim hi ipſi fontes ſunt, è quibus rem noſtram contra aſſerta hæcce haurire dilucidius, atque munire jam ſupra decrevimus.

XII. Quod igitur ad primam attinet exceptionem, eam in duas rurſus ſecari poſitiones, accuratiori ſigillatim examine diſcutiendas, facile nemo non advertet, quarum prior, fruſtra à nobis in §pho 30. Regulam quæri, male è §pho 31. exceptionem confici, aſſerit; poſterior tam reſpectu Juris Reformandi, quod Domino territorii competit, quam exercitii Religionis, quod ſubditorum eſt, regulam atque normam in anno vigeſimo quarto prioris Sæculi conſtituit. Quodſi jam, ut, quantum fieri poteſt, ordinatius progrediamur, priorem inprimis poſitionem mente concipiamus, primo equidem intuitu videri nonnullis poſſet, rem nobis hic eſſe vitilitigatoriam. Sive enim in alterutro §pho regula, ſive exceptio habeatur, perinde eſt. Utrique ſane ex una eademque lege ſua vis & authoritas ineſt, ut, qui una Legis parte frui cupiunt, alteram ſervare integram iis debeant, quibus eadem ex lege emolumentum, libertas & ſecuritas quædam provenit. Ita non eſt impediendus in Jure Reformandi Dominus Territorii. Sic ſibi vult §phus 30. At ſubditi etiam

etiam relinquendi ſunt in Exercitio ſuæ Religionis libero, atque poſſeſſione templorum, omniumque annexorum, quatenus ea anno MDCXXIV. poſſederunt. Ita §phus 31. jubet. Neque vero ideo, quia hoc poſteriore §pho exceptio continetur, res ſubditorum infirmiori eſſe loco poſſunt, in quantum iis Paciſcentes proſpectum voluere. Atque ita ſane ſe res habet, ſi ſuus, quem enuntiat, utrique §pho effectus pleno in vigore relinquitur. Quandoquidem vero re penitius inſpecta abunde dignoſcatur, Proteſtantes ſua hac contradictione id potiſſimum intendere, ut, ſublato penitus §phi 30. tanquam regulæ effectu, novam plane regulam ex §. 31. conficiant, rem omnino dignam eſſe, quæ altiori indagine expendatur, ſubito apparet.

XIII. Itaque ut in claro rem integram exhibeamus, omnemque, quem Author Anonymus Scripti: Ungrund des *Simultanei* à Num. 6. & ſeqq. hic inducere conatur, ambiguitatem & æquivocationem è medio tollamus, dum hoc loco dicimus, regulam eſſe §phum 30., in eoque ſtabilitum Jus Reformandi, limitationem vero ſeu exceptionem hujus regulæ haberi in §pho 31., ſermo nobis & quæſtio non eſt, ſaltem principaliter, quænam ſit regula reſpectu Juris Reformandi, id quod præfatus Author Anonymus cit. §§. ſupponit, ſed quæſtio nobis in eo eſt, quænam ſit regula, quænam exceptio intuitu liberi Religionis Exercitii ſubditorum in Pace Weſtphalica poſita. Huic vero quæſtioni propitio Legis ſenſu atque intellectu reſpondere aliter haud valemus, quam ut dicamus reſpectu liberi Religionis Exercitii ſubditorum in ſæpius repetito §pho 30. poſitam eſſe, ceu regulam generalem, Jus

Digitized by Google

Reformandi, vi cujus Dominus Territorii regulariter & in Theſi, ut ajunt, loquendo ſuæ poteſt inducere Exercitium Religionis, ſubditosque alterius Religionis expellere, niſi, quod exceptionis loco in §. 31. conſtitutum fuit, ſubditis dictæ alterius Religionis poſſeſſio Exercitii ſuæ Religionis annexorumque in anno MDCXXIV. habita ſuffragetur.

XIV. Hujus regulæ â nobis hic poſitæ ipſimet Proteſtantes authores fuerant, multum ab initio, ſub prima ſcilicet ſic dictæ Reformationis tempora, reluctantibus Catholicis, eandemque uſque ad Pacis Weſtphalicæ ætatem citra ullam contradictionem agnovere; quamvis paulo poſt P. R. ejusdem quandam limitationem ſeu exceptionem in prætenſa Declaratione Ferdinandea poſitam vindicatum irent. Pax Religioſa quoque haud obſcure illam ipſam regulam reſpectu Exercitii Religionis indigitat, dum §. Und damit ſolcher Fried ꝛc. diſerte jubet, nequis Status Imperii intuitu Aug. Conf. ejusdemque Doctrinæ, „Religionis ac fidei de facto violenter invadatur, lædatur ac „opprimatur, aliove modo contra conſcientiam, ſcientiam „ac voluntatem ab Aug. Confeſſ. Religione, Fide, Eccleſi„aſticis ritibus, ordinationibus & ceremoniis, quas inſtituit, „vel impoſterum inſtituere in ſuis Principatibus, Regioni„bus ac Dominiis compellatur, aut per mandata, aut alium „quemvis modum gravetur & contemnatur &c. Unde manifeſtum eſt colligere hanc ipſam quoque regulam in Pace Weſtphalica ſtabiliri debuiſſe, ne alias contra apertam jam ſupra laudati §. 1. Art. V. mentem ac diſpoſitionem Pax Religioſa hac tranſactione Weſtphalica non limitata & declarata, ſed immutata, ſed correcta, ſed ſublata fuiſſe dici debeat.

XV.

Digitized by Google

XV. Cum deinceps in Tractatibus P. W. Proteſtantes pro ſubditis, quibus vel Ferdinandea declaratio, vel pacta, privilegia, literæ Majeſtaticæ &c. &c. ſuffragantur, liberum Religionis Exercitium poſtularent, in effectu ſupradictam noſtram quæſtionem: quænam impoſterum intuitu liberi Religionis Exercitii norma ac regula ſit amplectenda, inſtituere. Ad quam vero non tantum Catholici, nomineque eorum Plenipotentiarii Cæſarei TRAUTMANSDORFFIUS & alii, Imperator quoque ipſemet multiplicatis vicibus repoſuere, *Regulam Territorialem* Domino ſuffragantem hic ante omnia manutenendam eſſe; *Conf. Cap. II. hujus Diſſert.* §§. *XVI.* ſed & ipſi quoque Proteſtantes ejuſdem ante omnia rationem habendam eſſe voluere. Illuſtriora præ reliquis hanc in rem argumenta ſunt, quæ nonnulli Legati Proteſtantici in Conferentiis ſuper materia gravaminum, & in ſpecie Exercitii Religionis anno MDCXLVI. Menſe Julio habitis, & à nobis jam ſupra Cap. II. §. XIV. notatis edidere. Et WESENBECIUS quidem Legatus Brandenburgico-Culmbacenſis mox ab initio *Seſſionis Evangelicorum puncto Gravaminum* Die XVIII. Julii MDCXLVI. habitæ, Catholicos procul dubio eorum petitis quoad libertatem Exercitii Religionis & Conſcientiarum Jus Reformandi & regulam, quod cujus territorium, illius etiam ſit de Religione diſpoſitio, oppoſituros eſſe ajebat in verbis: Von dem zweyten Membro ſey Articulus Evangelicorum 22. geſezet, daß alle Grafen, Freyherrn, Ritterſchafften reſtituiret werden müſten: deme ohne Zweifel die Catholiſche opponiren würden, das Jus Territorii, und die regulam, quod cujus Territorium, illius etiam ſit de Religione diſpoſitio.

S 3 *Vid.*

Vid. apud de MEJERN. *Tom. III. pag.* 241.
Clariora adhuc hiſce WESENBECII dictis ſunt, quæ hac ipſa in Seſſione VARENBÜLLERUS Ducis Würtenbergici & Comitum Franconiæ Legatus elocutus fuit: zumahlen insgemein, inquiebat, diesfalls (ſcilicet in puncto liberi exercitii) deſto behutſamer zu gehen ſeyn wolle, damit nicht das von denen Evangelicis jederzeit behauptete Fundament, daß das Jus Reformandi Religionem dem Juri Territoriali, ſeu Superioritatis anhängig ſeyn ſolle, dardurch gleichſam aufgehoben werden möge.

apud eund. de MEJERN. *cit. loc. pag.* 246.
Cum igitur utriuſque Religionis Paciſcentes, dum in Tractatibus Pacis Weſtphalicæ eisdem de Exercitio Religionis ſermo erat, pro *Regula & Fundamento* Jus Reformandi conſtanter & unanimiter aſſignaverint, eandem & à nobis ſtatuendam atque admittendam eſſe, quid prohibeat?

XVI. Quodſi pervolutis jam Tractatibus ipſas Tabulas Inſtrumenti Pacis inſpiciamus, in Art. V., abſoluta & confecta ejusdem prima parte, qua de cauſis Religionis & bonorum Eccleſiaſticorum, inter ipſos Status controverſis, per aſſignatam anni MDCXXIV. ejuſque Calendarum Januarii regulam transactum fuit, ſæpe jam adductus §phus 30. alteram ejusdem Articuli partem, in qua de cauſis Religionis inter Status & ſuos ſubditos controverſis, potiſſimum igitur & primario de libero Exercitio Religionis agitur, hiſce verbis inchoat: *Quantum deinde* (novam hic Articuli partem incipere clare indigitatur) *ad Comites &c. & ſubditos Statibus Imperii immediatis ſive Eccleſiaſticis ſive ſecularibus ſubjectos pertinet: Cum ejusmodi Statibus immediatis cum Jure Ter-*

Territorii & ſuperioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi, etiam JUS REFORMANDI EXERCITIUM RELIGIONIS (en! clare hic ad Quæſtionem de libero Religionis Exercitio reſpondetur) *competat, conventum eſt, hoc idem porro ab utriuſque Religionis Statibus obſervari, nullique Statui immediato Jus, quod ipſi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis, competit, impediri oportere.* Proſequitur immediate §. 31. *Hoc tamen* (ſcilicet Jure Territorii) *non obſtante Statuum Catholicorum .... ſubditi cujuſcunque generis, qui ſive publicum ſive privatum A. C. Exercitium Anno MDCXXIV. quacunque anni parte .... habuerunt, retineant id etiam impoſterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe probare poterunt.* §. 32. .... *Idemque obſervetur ratione ſubditorum Catholicorum A. C. Statuum, ubi dicto anno MDCXXIV. uſum & Exercitium Catholicæ Religionis publicum aut privatum habuerunt.* Vel ipſe ſane §§phorum ordo ſufficienter inprimis oſtendit, in priori regulam, exceptionem in poſteriori eſſe propoſitam; ordinata quippe dicendi ratio id omnino efflagitat, ut exceptioni regula præponatur; viciſſim & regulæ ſua limitatio & exceptio ſubjiciatur. *Senſus* deinde utriuſque §phi ſi attendatur, is certe alius haud eſſe poteſt, ac ſi in utroque §pho ad Quæſtionem ſupra à nobis propoſitam: Quid circa liberum ſubditorum Religionis Exercitium ſit ſtatuendum? diſtincte reſpondeatur. Reſpondet quippe §phus 30. Jus Reformandi hoc Exercitium Religionis, ex praxi hactenus uſitata Domino Territorii competens, impoſterum etiam obtineat; niſi, quod §phus 31. ſubjungit, ſubditi in anno MDCXXIV. tale

Exer-

Exercitium ſuæ Religionis habuerint: tum enimvero retineant id etiam impoſterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe, probare poterunt. Quid clarius, quidque evidentius, regulam in hiſce, & exceptionem intuitu Exercitii Religionis ſubditorum contineri? Porro ſi *connexionem* utriuſque dicti §phi intueamur, ſic cum ſuperiore verba initialia poſterioris §. connectuntur, ut non poſſit non facillime apparere, hic excipi quædam à regula de Jure Reformandi ſuperius deſcripta. Demum ſi ad id animo pauliſper reflectamus, quod §. 31. ſubditis quoad ſuum Exercitium *onus probandi* fuerit injunctum, exceptionem ſane à Regula ibidem contineri, prorſus manifeſtum evadit. Quem enim in finem ſubditis probatione opus eſſet, ſi pro ſe haberent regulam? ſane non illi, pro quo ſtat regula, ſed qui contra regulam exceptionem facit & allegat, de omni Jure onus probandi incumbit. Proinde cum Domino Territorii fortiſſime aſſiſtat regula, quod Exercitium Religionis in ſuo Territorio poſſit reformare, è re ſua, omninoque neceſſarium erat, ut ſubditis, in poſſeſſione ſui Exercitii anno normali habita factum & exceptionem allegantibus, eandem probandi onus imponeretur.

XVII. Conformiter ad hæc reſponderunt paulo poſt confectam P. W. anno ſcilicet MDCLI. Deputati in cauſa Hœxterana, ſuperiore jam Capite recenſita, Judices, in Receſſu die XIX. Maji modo dicti anni Corvejæ publicato, e quo, quæ ad rem noſtram huc faciunt, paucis tantum ſine connexione ſenſibus excerpere placuit; pro integra totius receſſus lectione ad Auctores ſuperiori itidem

itidem Capite allegatos Lectorem benevolum remittentes. Has autem dictiones Receſſus habet: So viel nun Anfangs den Zuſtand der Religion in der Stadt Hörter betreffen thut, läſſet man es bey Ihro Fürſtl. Gnaden zu Corvey ſelbſt eigenen gethanen gnädigen Erbieten bewenden, daß ſie nemlich die der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethane Burgerſchafft bey allen denjenigen, was Ihnen vermög des Friedenſchluß Art. V. §. XII. Verſ. Hoc tamen non obſtante, *PER EXCEPTIONEM* gebühret, nicht nur allein ruhiglich wollen verbleiben laſſen, ſondern auch dabey Fürſt- und mildiglich zu ſchützen verſprechen ꝛc. . . . . & poſt quædam interpoſita: Das iſt und lauft wider den klaren, hellen, unwiderſprechlichen Buchſtaben des Inſtrumenti Pacis, wider die Intention und Meynung der höchſt und hoher Herrn Contrahenten zu Münſter und Oſnabruck, die ſo eigentlich und ſteif auf die Conſervation und Authorität der Lands-Fürſtlichen Hoheit geſehen, den vorigen Paſſauiſchen Vertrag und Religions-Frieden zumalen in hoc Paſſu wiederholet, erneuret, und mit einer gemeinen Regul befeſtiget, denen Mediat-Unterthanen durch das gantze Reich dero gleichen Einbildung benommen, und ſie allein auf die *PER EXCEPTIONEM* vergönnte und *limitirte Actus* verwieſen, und alles *reſtringi*ret haben. Weilen dann die Stadt Hörter die *REGUL* und *EXCEPTION* hierdurch confundiret, fundamentum fundamentorum antaſtet, und die Subſtantialia des Friedens-Schluß anzugreiffen ſich unterſtehet, ſo müſſen wir vermög empfangener Vollmacht und habender Reichs-Commiſſion, auch wegen der Conſequenz und præjudiz, die allen Churfürſten und Ständen des Reichs hierdurch zuwachſen würde, hiermit wohlbedächt-

Digitized by Google

lich und ohne einziges Abſehen ihnen denen Hörteriſchen den rechten Verſtand des Friedens-Schluſſes und ihrer gerühmten Obſervanz de anno MDCXXIV. dergeſtalt erklären, daß weder ſie, noch einzige andere Mediat-Communen und Unterthanen im ganzen Reich niemahlen ihr Religions Exercitium proprio Jure und als effectus Juris Epiſcopalis gebrauchet, oder gebrauchen können, ſondern was in und vor anno 1624. geſchehen, entweder ex ſpeciali pacto, oder wie bey Hörter befindlich, aus toleranz und connivenz vergönnet, nunmehr aber durch den Friedens-Schluß als eine *EXCEPTION* beſtättiget, doch aber dabey ausdrücklich limitiret, und auf gewiſſe Actus reſtringiret worden, alſo, daß ſie, die von Hörter weder anno 1624., noch jezo ſich eines Juris Epiſcopalis berühmen, ſondern gleich allen Mediat-Unterthanen mit der befindlichen *EXCEPTION* begnügen, und in die General-Regel durchaus nicht miſchen, ſondern dieſelbe unangefochten, und einzig allein bey ihren Lands-Fürſten verbleiben laſſen müſſen ꝛc. ꝛc.

XVIII. Ex quibus hactenus deductis altera primæ Exceptionis poſitio, quod videlicet tam Juris Reformandi, quam Exercitii Religionis normam atque regulam annus MDCXXIV. conſtituat, per ſe jam omnino collabatur, neceſſe eſt. Quodſi enim (ut de Exercitio Religionis primum loquamur) intuitu hujus ipſi inprimis Proteſtantes, ſummi deinde in Tractatibus utriuſque Religionis Compaciſcentes, clara porro legis litera, & ſupervenieus demum Deputatorum, authoritate Imperii publica conſtitutorum, interpretatio atque enuntiatio Jus Reformandi pro norma atque regula poſuerint, quo ex fundamen-

damento ea deinceps in anno MDCXXIV. collocari velit, diſpicere haud poſſumus. Quod deinde Jus Reformandi concernit, præterquam quod regula A. MDCXXIV. à Proteſtantibus aſſerta ex Actis & Protocollis præviorum Tractatuum nullo idoneo argumento queat commonſtrari, vel ſola textus inſpectione res omnis liquido confici poteſt. Sane in §. 30., ubi de Jure Reformandi Territoriali agitur, anni MDCXXIV. ne per jota veſtigium deprehenditur, ſed de communi praxi, per totum Imperium hactenus uſitata, de Pace item Religioſa, in qua dicta praxis Lege corrobarata fuit, mentio unice habetur. Ubi vero in §. 31. de libero ſubditorum Exercitio ſermo fieri incipit, ibi demum annus MDCXXIV. expreſſus legitur, non quidem, ut pro norma & regula ſit; de hoc enim rurſus nec verbum habetur, id quod tamen ſuperioribus §§., ubi de reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum ſermo eſt, ſat clare invenitur; ſed ut ſubditi inde libertatis ſuæ, quoad dictum Religionis Exercitium, præſidium eatenus nanciſcantur, quatenus in ejuſdem quaſipoſſeſſione per quamvis ſæpefati anni partem fuerunt, aut fuiſſe, probare poterunt. Alio proinde nobis opus haud eſt, quam ut literæ, verbis, & ordini Pacis firmiter inſiſtamus, atque ubi ipſa Pax determinationem temporis adjecit, ibi & nos illam adjectam teneamus. Ubi vero Lex nullam certi temporis & anni mentionem facit, nefas profecto eſſe cenſemus, eandem è proprii cerebelli critirio intercalare, poſitoſque ſubditis limites Domino Territorii pro norma atque regula velle obtrudere, ſecundum quam etiam extra caſum exceptum totum illius Jus Reformandi dirigi, commenſurari, atque in effectu ad nihilum redigi debeat.

Digitized by Google

XIX. Annus proinde MDCXXIV. non æque hic loci, ac in materia reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum annus normalis dici poteſt, ſaltem ſi in rigore rem ſpectare velimus. Hoc equidem, aliisque ſimilibus nominibus eundem Authores paſſim, etiam ubi de puncto Exercitii Religionis ipſis ſermo eſt, inſigniunt; latior tamen hæc nominis attributio nuſpiam in Pace ipſa deprehenditur, aut erui ex eadem poteſt, veroque ſimillimum plane evadit, hanc nomenclationem occaſione tantum reſtitutionis bonorum Eccleſiaſticorum ad hanc quoque Juris Reformandi & Exercitii Religionis materiam ex vulgari uſu & acceptione translatam fuiſſe; omnino ſicut determinatio hujus anni ex eadem occaſione contigerat. Nimirum ex Actis & hiſtoria Pacis Weſtphalicæ ſatis conſtat, prædictum annum primario determinatum fuiſſe, ubi ſermo erat, & conventio parabatur de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis, inter Status & Status controverſis; atque ibi etiam norma, regula, atque fundamentum hujus Tranſactionis, reſtitutionis, & futuræ obſervantiæ ſæpe dictus annus, ejuſque dies prima Januarii deſignabatur; indeque propria anni normalis ſignificatio huc accomodatur. Poſtquam deinde in materia quoque Exercitii Religionis, inter Status & ſubditos controverſi, ex certa temporis determinatione ſubditis præſidium conſtituere placuit, is quoque idem annus ex occaſione antecedentium aſſumptus fuit, quin tamen hic pariter regulæ, normæ, vel fundamenti nomen eidem attribueretur. Iſtud ſolum §. 31. cavetur, ut ſubditi Religionis Exercitium *retineant impoſterum una cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe, probare poterunt;* è quibus verbis illud quoque refelli debet, quod ceu alteram ex-

cep-

ceptionem adverſus noſtram utriuſque §. 30. & 31. interpretationem à Proteſtantibus opponi, ſupra §. XI. notatum fuit.

XX. Scilicet quoties ſubditi ex Tabulis Pacis contra Jus-Reformandi Dominorum ſuorum ſe defendere volunt, plerumque allegare ſolent ſtatum anni vigeſimi quarti ſuperioris ſæculi, quem ſalvum incolumemque perpetuo poſthac manere debere contendunt, poſtulata reſtitutione eorum, quæ poſt illum annum forte mutata ſunt. Accidit e. g., ut in urbe quadam unum vel plura templa aut ſacella divino cultu omnimode ita vacarint, ut nemo anno vigeſimo quarto in illis ſuæ Religionis Exercitium habuerit; quæ cum jam Dominus Territorii pro ſuæ Religionis uſu occupare cupit, reclamant ſubditi diverſæ Religionis, ſtatumque & habitum loci allegant, ſecundum quem affirmant, vacua iſta loca etiam impoſterum manere debere, nec cuique jus eſſe, ſuæ Religionis Exercitium in illis inſtituere. Contradicit hiſce ſubditorum plus petitionibus noſtra cum communi Catholicorum ſententia, negans, rem ex loci habitu ſtatuque dijudicari debere, ſed inſpiciendum eſſe factum poſſeſſionis, quantum ſcilicet, & quid ſubditi ſæpefato anno poſſederint, exercuerintque. Jure dein, an injuria, vi, clam, aut precario, vel honeſtiori modo poſſeſſum ſit, nihil noſtra intereſt, dummodo exercitium & poſſeſſio revera doceantur. De reliquo, & ſalva hacce ſubditorum poſſeſſione, liberum Domino Territoriali Jus Reformandi, & regulam adſtruimus, vi cujus vel templa ejuſmodi vacua ſuæ uſui religionis addicere, vel nova pro ejuſdem Exercitio exſtruere poſſit, valeatque. Et hoc eſt, quod tam

ex Actis, quam ex ipſa Lege, aliisque fundamentis conamur ſequentibus oſtendere.

XXI. Quodſi igitur tantum ad ea, quæ Cap. II. ſuperius relata fuere, redire pauliſper lubeat, ex §. XVII. manifeſtum fiet, à Proteſtantibus primo haud aliud petitum fuiſſe, quam ut poſſeſſio ſubditorum in A. MDCXXIV. habita poſthac attenderetur. Ita enim die XIX. Novembris MDCXLVI. 5.) ad Artic. XII. dixerunt: Daß bey dieſem Articulo nachmahlens zu beſtehen, und wo das Exercitium publicum per pacta und privilegia nicht hergebracht, es bloß auf die *POSSESSION in anno MDCXXIV.* zuſtellen.

Conf. DE MEJERN. *Tom. III. pag.* 417.

Quod petitum cum poſtea die VI. Febr. A. MDCXLVII. maximus ille rei Proteſtanticæ zelotes THUMSHIRNIUS innovaret, in ſpeciali conferentia, eadem die adornata, dicens: Das meiſte betreffe nur den Adel und die Städte, und wäre diesfalls auf die *POSSESS de anno MDCXXIV.* zu ſehen.

apud cit. DE MEJERN. *Tom. IV. pag.* 66.

quis ſanæ mentis perſuadere ſibi poſſit, plus à Compaciſcentibus Catholicis conceſſum eſſe, ac revera Proteſtantes ſuis gravaminibus poſtularent? id quod tamen fieri ita omnino debuiſſet, ſi loco ſalvæ poſſeſſionis, in anno MDCXXIV. habitæ, & à Proteſtantibus petitæ, illi ejusdem anni ſtatum promiſiſſent, atque ita velut uno verbo omnem reformandi poteſtatem, quam tam multis eadem hac in occaſione vindicatum ibant, Dominis Territorialibus deperdidiſſent.

XXII.

Digitized by Google

XXII. Verum ut nihil prorſus hac in re diſſimulando prætereamus, quod prima, ut ajunt, fronte, & re integre non examinata, obſtare nobis hoc loco poſſet; non poſſumus ſane hoc loco non notare quæſtionem à TRAUTMANSDORFFIO ea ipſa in Conferentia, qua prædictus THUMSHIRNIUS ad poſſeſſionem in anno MDCXXIV. habitam provocabat, Deputatis Proteſtantium paucis tantummodo interjectis factam: Begehren ſie es dann in den Stand, wie anno 1624. geweſen? ad quam deinde Deputati affirmative reſpondebant.

Vid. DE MEJERN *mox cit. loc.*

Interea tamen tantum aberat, ut huic Deputatorum affirmationi TRAUTMANSDORFFIUS acquieſceret, ut potius, novum hoc, & antehac nondum inſtitutum poſtulatum reliquis Catholicis communicandum eſſe, aſſereret. Atque cum deinde die XXVII. Febr. ejuſd. A. MDCXLVII. Proteſtantes, vel eorum nomine Legati Suecici, novam Declarationem, Inſtrumentique Pacis projectum exhiberent, cui hanc clauſulam inſerebant: *omnia in Eccleſiaſticis & Politicis in ſtatum anni MDCXXIV. reducantur, maneantque.*

Conf. DE MEJERN. *cit. Tom. IV. pag.* 95. *& Cap. II. hujus Diſſert.* §. *XXII.*

hiſce in conferentia mox inſequente prælectis tanto æſtu TRAUTMANSDORFFIUS ſuccendebatur, ut iratus ter è loco conferentiæ diſcederet, iteratisque vicibus, ſe millies malle mori, ac in tale Proteſtantium petitum conſentire, aſſereret. Catholici porro in Declaratione die V. Martii, huic Proteſtantium oppoſita, inprimis Jus reformandi Territorii Domino iiſdem omnino verbis, quibus §. 30. I. P. O. effertur, ſtabilitum cupiebant, quo ſane in effectu jam-

jam

Digitized by Google

jam clauſulæ, à Proteſtantibus de ſtatu anni MDCXXIV. inſertæ, contradictionem palam teſtatam fecerunt. Cum deinde pacta, transactiones, & conventiones, circa Exercitium Religionis cum ſubditis à Domino ſuo initas, impoſterum ratas atque firmas habendas eſſe; illos vero ſubditos, qui hactenus ex ſola Domini conniventia, aut eo etiam invito, uſum Exercitii habuerunt, benigne & clementer à Domino habendos eſſe, eadem in Declaratione ſponderent; (*Vid. Cap. II.* §. *XXIV.*) præfatam Proteſtantium clauſulam, non tantum omittendo ac prætereundo, rejiciebant, ſed etiam, quod LONDORPIUS *Tom. VII. pag.* 1069. *Col.* 1. teſtatur, ipſi aliquando Proteſtantes faſſi fuere: Es wäre von den Kayſerlichen der Auſſatz deren Schwediſchen *Plenipotentiari*en *de reductione omnium tam in Politicis, quam Eccleſiaſticis ad ſtatum anni MDCXXIV. de non introducendis Presbyteris, Religioſis, facta conſtanti oppoſitione* ausgeſtrichen, und der §. 30. Art. V. de Jure Reformandi deutlich geſetzet worden.

Vid. quoque HENNIGES. *in Meditat. ad Inſtr. Pac. Art. V.* §. 31. *pag.* 466.

Qua præteritione, aut facta prorſus deletione hujus clauſulæ, illud omnino effectum fuit, ut poſthac Proteſtantes, cum ulterior de projecto Inſtrumenti Pacis deliberatio frequentius inſtitueretur, ſæpefatæ Clauſulæ inſertionem nunquam amplius urgerent, ſiquidem de ea ne per verbulum amplius in Tractatibus Pacis mentio occurrat.

XXIII. Et ſane eam urgendi, occaſio illis haud defuiſſet, tum præſertim, cum Sueci demum ſub finem Tractatu-

Digitized by Google

ſtatuum, jam fere confecto §. 31., clauſulam : *aut ſola denique obſervantia*, inſeri conſtanter poſtulaſſent.

Vid. Cap. II. hujus Diſſert. §. XLV.

Petita vero mox dictæ clauſulæ inſertione Suecos nequaquam poſtulaſſe, ut omnia ad ſtatum & obſervantiam anni MDCXXIV. in Politicis & Eccleſiaſticis reducantur, ſed ſubditis eo ſolum proſpectum voluiſſe, ut faciliorem habiti in anno MDCXXIV. Exercitii probationem nanciſcerentur, ſatis manifeſtum evadit, ſi modo ſenſum integrum enuntiationis, cui hanc clauſulam inſerendam voluere, intueamur. *Subditi* (inquit ſenſus integer) *qui ſive publicum, ſive privatum A. C. Exercitium anno MDCXXIV. quacunque anni parte, ſive certo pacto, aut privilegio, ſive longo uſu, ſive ſola denique Obſervantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam impoſterum una cum annexis &c.* Quis jam eſt, qui ex hoc ſenſu, faventibus bonæ conſequentiæ legibus, derivare poſſit, à Suecis petitum fuiſſe, ut ſtatus anni MDCXXIV. ratio habeatur? Quis eſt, qui vel unico id ex Actis & Protocollis indicio nobis perſuadeat? Iſtud ſatis certo ex iisdem novimus, Suecos ratum omnino, ſibique perſuaſum habuiſſe, vi factæ jam conventionis ſubditis illud oneris incumbere, ut ſuper poſſeſſione habiti abs ſe in dicto anno Exercitii probationem edant; quæ cum nimis eſſet difficilis, ſi, Domini conniventia (quod loco Ly *Obſervantia* ibidem continebatur) id contigiſſe, oſtendere deberent; eam per ſubſtitutam obſervantiam, quæ etiam invito, & non connivente Domino haberi, probarique poteſt, reddere tantummodo faciliorem hoc loco voluere.

Vid. DE MEJERN. *Tom. V. pag.* 532.

U XXIV.

XXIV. Poſtquam igitur Suecis demum hoc in genere Cæſarei una cum Catholicis conſenſere, §. 31. Inſtrumento Pacis hoc tenore inſerebatur : „ Hoc tamen „non obſtante Statuum Catholicorum Landſaſſii, Vaſalli „& Subditi cujuscunque generis, qui ſive publicum, ſive „privatum A. C. Exercitium anno MDCXXIV. quacun„que anni parte, vel certo pacto aut privilegio, vel lon„go uſu, *ſeu ſola denique obſervantia* dicti anni habu„erunt, retineant id etiam impoſterum una cum anne„xis, quatenus illa dicto anno *exercuerunt*, aut exerci„ta fuiſſe, *probare* poterunt. . . . . Nec minus maneat „in *poſſeſſione* omnium *dicto tempore* in poteſtate eo„rundem conſtitutorum templorum, fundationum, Mo„naſteriorum, hoſpitalium cum omnibus pertinentiis, „reditibus & acceſſionibus. Nullo hic verbo de ſtatu anni MDCXXIV. attendendo cogitatur, ſed undequaque ad Exercitium & poſſeſſionem ſubditorum reſpicitur, ut, quidquid illi exercuerunt, & quatenus exercuerunt, retineant ; quidquid in poteſtate eorum fuit, in ejus poſſeſſione remaneant. Subditi igitur ex facto proprio poſſeſſionis, non ex habitu vel ſtatu loci, qualis anno vigeſimo quarto erat, Jus quæſitum & actionem habent. Contenti hi eſſe debent ſuo Exercitio & poſſeſſione eorum, quæ ſæpedicto anno in eorum poteſtate conſtituta fuere. Pax ultra eis indulget nihil. Quæ proinde ſi retineant, libertatem videlicet Exercitii, annexorumque poſſeſſionem, quatenus utraque in anno vigeſimo quarto gaviſi fuerant, nihil ipſis eſt, quod querantur, ſiqua Dominus in negotio Religionis inſtauret, ſuſcipiat, & exequatur vi Juris illius, quod ipſi hoc in puncto ratione Territorii & Superioritatis competit,

& in

& in quo impediendus non eſt, Art. V. §. 30. Neque enim nudus loci ſtatus, quem Pax hoc in loco non attendit, impedimentum eidem ponere poteſt; ſed facto aliquo poſſeſſionis ſubditorum, ceu de quo expreſſis Pax loquitur, opus eſt. Quod vero à ſubditis poſſeſſum non eſt, curæ & arbitrio Domini Territorialis relictum eſt, de quo ſtatuere poteſt, etiam contra ſtatum & habitum anni vigeſimi quarti, modo ſubditi illo tempore de poſſeſſione facti docere non poſſint.

XXV. Hanc ſane, & non aliam aperta Legis litera interpretationem patitur. Et vero ſi non de ſubditorum poſſeſſione & exercitio, ſed de ſtatu atque habitudine loci lex ſollicita hoc loco fuiſſet, aliter omnino, & hoc circiter, ſimilive ſenſu efferri debuiſſet: Statuum Catholicorum Landſaſſii, Vaſalli & Subditi cujuscunque generis, qui in quocunque loco, ſive publicum, ſive privatum A. C. Exercitium anno MDCXXIV. quacunque anni parte habuerunt, illud ipſum retineant, quod & quatenus in dicto anno ibidem viguit, ita, ut nemini liceat aliam Religionem illi, quæ in prædicto anno viguit, contrariam ſuperinducere, nec quidquam contra habitudinem & ſtatum temporis illius vel loci mutare, aut novam formam loco dare, vel novis circumſtantiis conditionem ejus ſeu qualitatem aliam fecere. Aut ſi brevioribus rem complecti placuiſſet: Ratione publici, vel privati Exercitii Religionis idem omnino ſtatus maneat, qui in anno MDCXXIV. Hac poſteriore enimvero, ſimilibusque expreſſionibus aliis in locis Paciſcentes uſi fuerant, ubi nimirum ſæpefati anni nudum ſtatum attendi poſthac voluiſſe, videntur. Non dubitant

etiam Adverſarii loca ejuſmodi, quaſi rei noſtræ præjudicio forent, in contrarium allegare, quemadmodum ſubſequenti Cápite uberius manifeſtabitur. Præterquam vero quod allegatis hiſce locis arma ipſi, ad ſe confodiendos, ſubminiſtrent, ſiquidem ex diverſis diverſarum legum caſibus, verbis, & expreſſionibus non poſſint non diverſæ diſpoſitiones colligi ac deduci; juvat interea hoc loco paucis hiſce eos expediiſſe: Ibi ita, aliter hic Paciſcentibus placuit. Hic poſſeſſionem ſubditorum in anno MDCXXIV. habitam, ibi ſtatum ejusdem anni conſiderari voluere. Cum proinde Paciſcentibus aliud hic, alibi aliud placuerit, ſtandum eo eſt, de quo conventum. Neque nobis jam immutare amplius quidquam licet, ex quo ſumma hæc legis hujuſce ratio eſſe nobis debet: Sic noſtri voluere Patres.

XXVI. Quodſi demum è conſectariis deducta hactenus lubeat ponderare, ſtans pro aſſertis veritas abundantiſſime exinde inclareſcet. Liceat vero rem inductione patefacere. Sit e. g. integra aliqua communitas Domino Catholico ſubjecta, quæ nuper A. C. addicta, mutata jam Religione, ad ſacra Catholicorum tranſivit. Ceſſat hic ſine dubio omne A. C. exercitium, cum nemo ſit amplius, in cujus illud gratiam ibidem peragatur, ni vacuis ſcamnis & ſubſelliis id retinere placeret. Sed annon liceat, abolita nunc penitus Religione Proteſtantica, Catholicæ Religionis Exercitium tali in loco inducere? Reſpondere ſuis in principiis, omnino debebunt Adverſarii: Non licet. Status anni decretorii obſervari debet. Exercitium Religionis Catholicæ eodem anno tali in loco non viguit; igitur de facto illud in-

ducere

ducere non licet. Sed quæ non inprimis invidia hic apparet, malle omnia potius ſacra exilio damnata, quam Catholicis ſua relinquere eo in loco, quo Proteſtantium nullo modo intereſt, ſint ibi, vel non ſint. Præterea quis eſt, qui hoc loco Religionis Catholicæ Exercitium prohibere vel impedire poſſit, velitve? Legitimus ſane contradictor non adeſt. Nam Dominus Territorii acquieſcit, quia, ut in caſu ſupponimus, Catholicæ Religioni, cujus Exercitium recens inducitur, addictus eſt. Subditi ad unum omnes Juri ſibi forte & prætenſe quæſito libere renunciant, cum priorem religionem abjiciant. Quisquis ergo alius hoc in caſu contradicit, illegitime contradicit. Perpenſis vero hiſce ſequelis & inconvenientiis, ſiqui ſint, qui novæ Religionis Exercitium in tam generali ſacrorum mutatione induci permittant, liceat illis ulterius jam rationes ita ſubducere. Certe, quæ ratio eſt totius, eadem & partis eſſe debet. Si Status anni Decretorii præciſe conſiderandus non eſt, ubi integra aliqua communitas alterius Religionis ſacra incipit profiteri; is ipſe pariter inſpiciendus non erit, quando duntaxat pars communitatis diverſæ religioni adhæret; dummodo illi, quibus ſua poſſeſſio, in anno decretorio habita, per Pacem fuit confirmata, in eadem intacti relinquantur. Sed & ponamus tantiſper ad mentem Adverſariorum in communitatibus ejusmodi mixtis, quarum nimirum pars Catholicæ Religioni, pars A. C. addicta eſt, loci ſtatum & habitum inſpiciendum eſſe; quæ non inde novæ emergent inconvenientiæ & abſurditates, quæ non in rem Adverſariorum propriam incommoda & præjudicia? Habuerunt *e. g.* ſubditi Proteſtantes Domini Catholici in anno MDCXXIV. nonniſi ruinoſum

Digitized by Google

quoddam & fere devaſtatum templum, id quod ob belli injurias fieri tum facile & perſæpe potuit; num reſtaurare illud poſtea, & ruinas reparare propriis etiam ſumtibus licebit? Officiet certe loci ſtatus, qui anno vigeſimo quarto viguit, quo nonniſi ædem ruinas minitantem habuere; aliam igitur ut impoſterum habeant, prædictus loci ſtatus vetat, qui ſi præciſe & exacte, uti quidem Adverſarii volunt, attendendus eſt, ne vitrum quidem, eodem anno è feneſtra effractum, reſarcire licebit. Neque rigor ejusmodi & exactitudo in retinendo anni Decretorii ſtatu Catholico Domino prohibenti improbari amplius poterit, ex quo ipſimet Proteſtantes ſuo exemplo jam præierunt, tanta cum criſi Catholicos ſubditos nonnunquam ejiciendo, ut ne crucem quidem ſepulchris mortuorum infixam relinquerent; eoquod hæ cruces contra ſtatum anni vigeſimi quarti ſepulchris eſſent infixæ. Tanta nimirum, tamque fœcunda tot invidiarum, diſſenſionum, rixarum, exacerbationum, inimicitiarum, aliarumque peſſimarum ſequelarum ſcaturigo fuit ſemper, foretque poſthac hæc Exercitii Religionis ſubditorum ad ſtatum habitumque anni vigeſimi quarti reductio, ut eas prævidentes ipſimet Proteſtantes iſtum nonniſi una alterave vice tempore Tractatuum Pacis in votis ac deſideriis habere, Catholici vero, easdem probe agnoſcentes, nunquam in iſtam conſentire potuerint, nos demum easdem forte ipſo facto experti, ſalva iſtam propitiaque lege, approbare haud poſſimus. Vigeat itaque poſthac non ſtatus anni Decretorii, ſed Lex Actis publicis aliisque rerum argumentis firmata, quæ ſalvam jubet eſſe ſubditorum in prædicto anno poſſeſſionem, quæ vult, ut ſubditi, qui ſive publicum, ſive privatum ſuæ Reli-

Religionis Exercitium anno MDCXXIV. quacunque anni parte habuerunt, retineant id etiam impoſterum cum annexis, quatenus illa dicto anno exercuerunt, aut exercita fuiſſe, probare poterunt; nec minus in poſſeſſione omnium dicto tempore in poteſtate eorundem conſtitutorum templorum, fundationum, Monaſteriorum, Hoſpitalium cum omnibus pertinentiis reditibus & acceſſionibus remaneant; prætereaque nihil.

XXVII. Ex allatis vero hactenus rationum momentis judicium nunc facile fieri poterit, de tot prætenſe cumulatis Proteſtantium adverſus Catholicos gravaminibus, deque tam duris Domino Proteſtantico, ad Catholicam quandoque Religionem redeunti, reſpectu ſuorum ſubditorum impoſitis reverſalibus. Tria grandia volumina, inquit MASCOVIUS *Princip. Jur. Publ. Lib. V. Cap. I. §. XXVII.* gravamina iſta implent, quæ STRUVIUS ſub titulo: *Corpus gravaminum Religionis:* congeſſit. Verum ſi de tanto multiplicatorum gravaminum numero tollamus duntaxat ea, quæ de violato anni vigeſimi quarti privativo ſtatu prætenſe conqueruntur, potiſſima ſane eorundem pars penitus evaneſcet; ut taceamus hic reliqua, quæ aliis ex capitibus vel nulla prorſus, vel levia, vel infundata, vel impertinentia, vel demum nonniſi torte & remote nimium eo referibilia dici poſſunt, debentque. Reverſales pariter iſtæ, quas variis hac ætate noſtra vicibus Dominis Proteſtanticis, ad Catholicam denuo Religionem redeuntibus, præſcriptas exactasque fuiſſe, multum ſæpe doluimus, eodem ſtatus habitualis, qui in anno decretorio viguit, impoſterum obſervandi, præfigurato principio potiſſimum innituntur; ut adeo Catholicis

Digitized by Google

licis in malam haud verti partem potuerit, ſi, quod paſſim fecere, amariore etiam calamo Reverſales iſtiusmodi exciperent.

XXVIII. Quid demum de Jure prohibendi, quod ſubditis contra Dominum reformantem vult aſſeri, ſentiendum ſit, equidem è deductis hactenus ſat prone fluit. Enimvero prætenſum iſtud Jus prohibendi, ſubditis adverſus Dominum ſuum aſſertum, velut applicatio & determinatio eſt diſcuſſorum hactenus principiorum: *gratis à Catholicis è* §. 30. *regulam*, *&* *exceptionem è* 31. *adſtrui: annum ſic dictum normalem non quidem ſecundum factum habitæ ibidem ſubditorum poſſeſſionis, ſed ſecundum ſtatum ſuum privativum & habitualem, uti vocant, & Juris Reformandi & Exercitii Religionis normam atque regulam conſtituere &c.* Id genus vero principia cum non ſubſiſtant, facile fit conſectarium, id ipſum quoque de petita inde concluſione eſſe affirmandum. Interea ſic nominatum Corpus Proteſtantium Ratisbonæ congregatum in Conventu de die X. Septembr. A. MDCCXXI. non dubitavit aſſerere: Daß ſie in dem Beſitz wären eines *Juris negativi* des Rechts, denen Catholiſchen Reichs-Ständen den Gebrauch des Reformations-Recht über das Religions-Exercitium deren Unterthanen, zu verhindern, und zu verwehren; und daß die Catholiſche als der affirmirende Theil dieſes ihr Recht zu erweiſen hätten.

Vid. SCHAUROTH. *Tom. III. pag.* 654.

Tametſi vero hoc ſic dicti Corporis Evangelici aſſertum claris §. 31. Art. V. verbis, queis onus probandi non Domino, ſed ſubditis diſerte injungitur, e diametro repugnet, onus proinde nobis imputatum in eos tanquam

hujus

huius Juris prohibitivi aſſertores manifeſte recidat; ad majorem tamen hactenus dictorum confirmationem ultro oſtendimus, prætenſum iſthoc Jus prohibendi nec in præviis Pacis Tractatibus, nec in ipſa Pacis litera, nec in alio quovis probandi loco fundari, ſed hiſce omnibus directe adverſari.

XXIX. Præprimis igitur Acta rurſus, & Protocolla, quæ ſane hac in parte omne punctum ferunt, conſulamus. Ex his præter illa, quæ ſupra §. XV. hujus Capitis de Regula territoriali, Domino vindicata, & imposterum ſancte cuſtodienda, jam retulimus, iſtud diſerte demonſtrare audemus, tum ante, tum poſt confectos & ſubſcriptos ſæpefatos hactenus §§. 30. & 31., principium, communi utriuſque partis compaciſcentis conſenſu admiſſum, firmatumque fuiſſe, Domino Territoriali in ſuos ſubditos, eorumque Exercitium Religionis Jus Reformandi competere, illudque *nullo modo* impediri poſſe. Nimirum anno MDCXLVI. Menſe Julio, dum Proteſtantes inter ſe deliberarent, qua ratione ſubditis publicum Religionis Exercitium reſpective, & libertas conſcientiarum ſeu Autonomia impetrari poſſet, jam ſupra laudatus VARENBÜLLERUS in hæc prorumpere verba non dubitavit: Weilen man keinen Reichs-Stand, wann er von einer anderen Religion zu der Catholiſchen übergienge, an Reformirung des offentlichen *Religions - Exercitii* ſeiner Unterthanen verhinderen konnte; müſſe man alle Kräfften anwenden, wenigſtens die Gewiſſens-Freyheit zu erhalten.

DE MEJERN. *Tom. III. pag.* 247. *ad* 4.

& in ſupra pariter jam relatis conferentiis inter Cæſa-

reos & Suecicos de anno MDCXLVII. Menſe Februario ajebat Trautmansdorffius: Man müſſe Gleichheit haben, und jedem Stand das *Jus Reformandi* laſſen; lieſſe man es den Städten . . . . auch ſogar die Grafen hätten ja Macht in ihren Landen zu reformiren . . . wie es die Evangeliſche practicirten, ſo würden ſie es denen Catholiſchen auch nicht wehren können. Führte dabey Fürſt Johannſen von Anhalt Exempel an, und fragte: Ob der nicht Macht zu reformiren hätte? Ad hanc poſtremam quæſtionem Trautmansdorffio Deputati Proteſtantes de Thumshirn & Langenbeck reſpondebant: Ja quoad Exercitium publicum, aber nicht die Leuthe zu zwingen, und aus dem Land zu treiben.

cit. de Mejern. *Tom. IV. pag.* 62.

qua ſane reſponſione Jus Reformandi quoad Exercitium Religionis, id quod nobis in quæſtione modo eſt, Domino competere, fervidi iſti præ reliquis rei Proteſtanticæ promotores infucate profitebantur. Quoad *Compulſionem* jam inde à P. R. quæſtio per ſuperius dictâ ceſſavit. De *emigratione* vero & *expulſione* Capite ultimo hujus Diſſert. pluribus dicetur. Denique cum in eadem, quam modo præ manibus habemus, Conferentia Deputati Proteſtantes pro ſubditis Auſtriacis liberum Religionis Exercitium ſollicitarent, prædictus Comes de Trautmansdorff regerebat: Darin ſeye man miteinander einig, daß der Lands-Fürſt oder hohe Obrigkeit das *Exercitium publicum* zu änderen, und einzuführen Macht habe.

de Mejern. ibid. *pag.* 63.

Huic aſſerto Trautmansdorffii nullatenus Proteſtantes contradicebant; id quod ſane debuiſſent, ſiquid de Jure quodam prohibendi cogitaſſent, vel perſuaſum ſibi habu-

habuiſſent. Hoc unum Langenbeckius reponebat: wann ihnen (denen Unterthanen) nur libertas conſcientiarum gelaſſen würde. In cujus rei confirmationem illud omnino eſſe debet, quod paulo poſt abſolutas haſce Conferentias die XXVII. ejuſd. menſis & anni ſua in Declaratione hæc expreſſe inſerta habuerint: *Quominus autem tam Catholici, quam Evangelici Magiſtratus, Eccleſiaſtici æque ac Politici, ſubditis ſuis tam Evangelicis, quam Catholicis Exercitium publicum Religionis alterutrius pro arbitrio concedere poſſint, nullis Legibus aut Juramentis PROHIBEANTUR.*

Conf. de Mejern. *Tom. IV. pag.* 96.

XXX. Quemadmodum vero ex hiſce indubitatum plane redditur, utramque partem compaciſcentem ante ſubſcriptos §§. 30. & 31. in aſſerendo & non impediendo, ſeu prohibendo Jure Reformandi unanimes fuiſſe; ita pariter poſt ſubſcriptum etiam utrumque §. rem non aliter ſe habuiſſe, è ſequentibus maniſeſtum fiet. Scilicet anno MDCXLVIII. Menſibus Junio & Julio (jam inde à XVIII. Martii ejuſd. anni mox dicti §§. ſubſcripti erant) ferventius cauſa ſic dictorum Reformatorum tractabatur, qui jam toto Tractatuum tempore modis omnibus inſtabant, ut in Jurium ſocietatem atque communionem una cum Catholicis & A. C. addictis hac tandem Pacificatione admitterentur. Poſt multas tandem diſputationes prædicto menſe Junio à Confeſſioniſtis §. 1mi Art. VII. I. P. O. projectum fiebat, ubi inter alia: „ſi aliquis Princeps vel alius Territorii Dominus....
„poſthac ad alterius partis (Proteſtanticæ tamen) ſacra

Digitized by Google

„tranſierit, aut Principatum, aut ditionem, ubi alterius „partis ſacra Exercitio publico de præſenti vigent, ſeu „jure ſucceſſionis, ſeu vigore præſentis Tractatus Pacis, „aliove quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, „ipſi quidem Concionatores aulicos ſuæ Confeſſionis, citra „ſubditorum onus aut præjudicium, ſecum atque in Reſi„dentia ſua habere liceat. At fas ei non ſit publicum „Religionis Exercitium immutare &c.„ Contra hanc diſpoſitionem non modo Electoralis Saxonicus mox proteſtabatur, ſed & hunc præeuntem ſecuti ſunt ſic dicti Reformati omnes, qui *Jus mutandi & INTRODUCENDI Religionem CUM CATHOLICIS & Lutheranis, ſalvis ſemper pactis & reverſalibus inter Dominos & ſubditos, ubi ea habentur &c.* prætenderunt.

Conf. DE MEJERN. *Tom. VI. Act. P. W. pag.* 283. Ignorabant ergo confectis jamjam §§. 30. & 31. prætenſum Jus prohibendi ipſimet Proteſtantes; quin firmiter potius perſuaſum habebant, Catholicis competere Jus mutandi & introducendi Religionem: nam idem ſibi hoc loco *CUM CATHOLICIS* expoſcebant. Unde ſat liquido apparet, Proteſtantes nunquam toto Tractatuum tempore de Jure quodam prohibendi ſubditis acquirendo, ne dicam, ſolicitos fuiſſe, ſed vel cogitaſſe tantum; è contrario potius Catholicos æquè ac Proteſtantes unanimi mente & conſenſu Dominis Territorialibus Jus Reformandi, quod à nemine quovis modo turbari aut impediri debeat, aſſeruiſſe, ſtabiliiſſe, confirmaſſe.

XXXI. Quid jam mirum, quod conformiter ad hanc unanimem & conſtantem utriusque partis compaciſcentis mentem Pax deinde ſæpe adducto Art. V. §. 30.

30. ſancierit: *Conventum eſt, nulli Statui immediato Jus, quod ipſi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit, IMPEDIRI oportere.* Conventum ſane eſt, mutuo ſcilicet & unanimi utriusque partis conſenſu: darinn, inquiebat ſupra relatus Comes DE TRAUTMANSDORFF, ſeye man miteinander einig, nulli Statui immediato Jus, quod ipſi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis competit, impediri oportere. Sed quod non turpiſſimum eidem impedimentum atque obſtaculum poneretur, ſi quo Jure prohibendi adverſus reformantem Dominum ſubditi fuiſſent potiti? Vi hujus certe juris ſimultaneum ſuæ Religionis Exercitium eodem in loco introducere non poſſet, in quo anno normali idem non fuerat. Non poſſet Catholicis ſuis ſubditis ſolenne quoddam & publicum ſuæ Religionis Exercitium inſtituere, ubi in anno decretorio ſat frequens ad hoc habendum numerus non aderat. Diruti cujusdam, & in prædicto anno ab omni Exercitio vacui templi antiqua rudera reſtaurare non poſſet. Non poſſet, ut verbo complectar omnia, erga ſuam ſe Religionem quovis modo, & è propria etiam crumena præbere munificum & liberalem. In hiſce enim, pluribusque aliis à ſubditis ſuis prohiberi poſſet, ne Jure Reformandi uteretur, quod tamen Pax hoc loco vult eſſe inimpedibile. In ſubditis ſane Dominum quæres, dum ſtantibus hiſce nonniſi ignominioſam in Domino obſequendi neceſſitatem, à ſubditis imperatam, deprehendis.

XXXII. Suffragatur enarratis modo majori adhuc verborum energia Art. VIII. §. 1. ubi: *Omnes & ſinguli Electores, Principes & Status Imperii Romani in . . libero Juris*

Digitized by Google

Territorialis tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis EXERCITIO . . . vigore hujus transactionis ita ſtabiliti firmatique ſunto, ut à NULLO unquam ſub quocunque prætextu defacto turbari poſſint vel debeant. Multa ſane hic occurrunt, quæ ſpecialem à nobis reflexionem depoſcant. Dicit inprimis hic textus: *in libero Juris Territorialis EXERCITIO.* Ergo ruit, quod jam ſupra Capite III. adductus Autor Anonymus Scripti: Urſprung des *Simultanei*, comminiſcitur, dum aſſerit, hac Pace Dominis Territorialibus Jus Reformandi in habitu & potentia, non vero in actu & Exercitio conſolidatum fuiſſe. Sane non de habitu, ſed de Exercitio hujus juris in terminis terminantibus hic ſermo habetur. Vult deinde hic §., ut *de facto* hoc Exercitium Juris Reformandi non turbetur. Et quid aliud, niſi factum eſt, ſi non Status Statum, ſi Dominum ſubditi ab eodem prohibere auſint. Jus ſane nullum hic adeſſe poteſt; ubi omne ejusdem Impedimentum Pax hiſce quam longiſſime vult removeri. Arcet porro hic §. quemcunque prætextum in verbis: *ſub quocunque prætextu.* Prætextum ſane dicimus, ubi quis vel aſſerit ſibi, vel prætendit quidquam, cujus tamen vel nullum, vel nonniſi imaginarium ex Lege Jus aut fundamentum habet. Id quod ſane prætenſo huic Juri ſubditorum prohibendi Dominum, apprime convenit, ubi Hiſtoria, Acta, Lex, Ratio eidem oppido contradicit. Demum *à nullo* ut Status Imperii in ſuo Jure Reformandi turbari poſſint, Lex præcipit. Nemo igitur eſt, qui excipitur. Nec potens minus potentem, nec vicinus vicinum, nec Status Statum in prædicto ſuo jure & ejus Exercitio turbare poſſunt aut debent. Ergo a fortiori nec ſubditi Dominum,

num, ceu qui hac P. W. nil, niſi quod jam antea habuere, aut habuiſſe, probare poterunt, acquiſierunt; & qui omne, quod hac Pace acquiſiverunt, ſupremo Dominorum ſuorum beneficio accepere.

XXXIII. Prius quod concernit, rem ſane omnem jam ſœpe repetita §. 31. verba expeditiſſime conficiunt. „Subditi, inquit, cujuſcunque generis, qui ſive publicum, „ſive privatum A. C. Exercitium anno MDCXXIV. qua„cunque anni parte, ſive certo pacto, aut privilegio, ſeu „longo uſu, ſeu ſola denique obſervantia dicti anni ha„buerunt, retineant id etiam impoſterum una cum an„xis &c.„ Solum Religionis exercitium, vel privatum, vel publicum, una cum annexis, quæ inter, utut copioſo ordine hic recenſeantur, nullatenus tamen prætenſum Jus prohibendi, ſpeciali certe nota dignum, refertur, ſubditi habuerunt. Hæc ergo ut deinceps retineant, Pax unice hoc loco habet. Hac porro ſi Pacis diſpoſitione gaudere ſubditi voluerint, neceſſum inſuper eſt ex irrefragabili ejusdem tenore, ut, *quatenus illa* (Exercitium Religionis & annexa) *dicto anno MDCXXIV. à ſe exercita fuerint, probare poſſint.* Nos autem, ad hoc uſque tempus à nullo unquam ſubdito id genus probationis circa prætenſum Jus prohibendi confectum eſſe, tuto hic confidenterque aſſerimus. Si, quanta enim, quamque libera in anno MDCXXIV. Domino territoriali in ſuos ſubditos poteſtas fuerit, nonnihil expendamus; eos Jus hoc prohibendi nec exercuiſſe, nec per rerum naturam exercere potuiſſe, facile pateſcet. Illimitata nimirum, absque ulla exceptione, poteſtas Domino erat, propriam in ſuo Territorio Religionem introducendi, eosque, qui contrariæ adhærebant, expellendi. Duplex hic erat

Juris

Digitized by Google

Juris Reformandi, cum Jure Territorii & Superioritatis ex communi per totum Imperium hactenus uſitata praxi Domino competentis, character, atque effectus. Hac de praxi eo minus unquam, ac præcipue tum temporis dubitabatur, quo magis per communem totius Imperii uſum ea inclareſcebat. Durantibus quoque ipſiſmet Pacis Tractatibus Catholici æque, ac Proteſtantes, in ea aſſerenda erant unanimes. Quodſi igitur anno MDCXXIV. Domino jus erat, ſuæ Religionis Exercitium libere introducendi, comprehendere ſane haud poſſumus, qua ratione ſubditis pariter, circa hanc introductionem Dominum prohibendi, jus fuerit. Si porro Dominus eodem in anno ſubditos, ſuam Religionem amplecti detrectantes, juſte potuerit expellere, ſummique proinde beneficii loco habere ſubditi omnino debuerint, ſi illos vel tolerare Dominus ſine omni exercendæ diverſæ Religionis libertate voluerit; nefas certe & ſumma temeritas fuiſſet, ſi quis forte ſubditus eundem, ne ſuæ Religionis Exercitium introduceret, prohibere audacter ſibi arrogaſſet. Nimirum qui hoc Jus prohibendi ſubditis aſſerunt, non ſatis, credo, perpendunt, quid per illud ſubditis attribuant, quid revera & in effectu id genus Juris prohibendi poſt ſe trahat. Hoc enimvero ſi competeret ſubditis, ipſo ſane Jure Reformandi non quidem adverſus æqualis ſecum conditionis ſubditos, ſed adverſus proprium ſuum Dominum, æmula alias Majeſtatis ſuperioritate Territoriali gaudentem, uterentur, cum non tantum propriæ Religionis Exercitium in facie Domini ſui inſtituere, ſed & inhibere adeo ipſum & impedire poſſent, ne ſuæ pariter Religionis Exercitium quoddam eodem in loco introduceret. Quam autem inconveniens & ab omni

ni veroſimilitudine alienum hoc ſit, facile colliget is, qui ſerio tantum recogitat, contra omnes Juris ſanæque rationis regulas eſſe, à ſubdito Regalia, quorum facile Cimelion & principaliſſimum Jus Reformandi conſtituit, poſſideri; qui ad memoriam pauliſper revocat, quam ſolliciti ſemper pro ſupremi hujus conſervatione Regalis tam Catholici, quam Proteſtantes extiterint; qui demum conſiderat, verum ac ingens Dominorum beneficium illud omne eſſe, quod ſubditi hac P. W. acquiſierunt.

XXXIV. Poſtremum hoc demonſtrare, nulli plane nobis negotio erit, dummodo adducta hactenus principia huc quoque applicare pauliſper velimus. Jus erat Dominis ante P. W. indubitatum, ſubditos alienæ à ſua Religionis ſectatores expellendi. Igitur dum iis hodie per P. W. ex habita in anno Decretorio Exercitii poſſeſſione per modum privilegii & exceptionis Jus quæſitum eſt, ne adverſus dictam poſſeſſionem expelli deinceps queant; ſummo certe Dominorum ſuorum, qui libere has Pacis conditiones inierunt, beneficio id impetrarunt. Hoc vero extra omne dubium poſito, quis credat tale, tamque amplum Jus ſubditis hac Pace tributum fuiſſe, ex quo ipſi fierent Domini, hi vero ad infimam ſubditorum conditionem deprimerentur? quis ſibi perſuadeat, Dominorum ibi compaciſcentium mentem eam fuiſſe, ut ſubditi non tantum moleſtiæ nihil plane, vel incommoditatis ſentirent? cum Jure ſuo, cujus tam inſigni parte in gratiam ſubditorum ſe abdicarunt, uti deinceps velint; ſed & inſuper arma ipſis ſuggererent, quibus ipſi in criſtas altius erecti, adverſus proprios Domi-

Digitized by Google

nos ſuos uti poſſent, ipſosque prohiberent, nequid ſuo Reformandi Jure ipſis moleſtiæ creent, faceſſantque.

XXXV. Alia ſane omnia perſuaſa nobis habemus, ſi denique in tota ſua ſerie, atque connexione integram Tractatuum P. W. hiſtoriam, à nobis Cap. II. ſuperius exhibitam, penſiculatius nonnihil recogitemus. Conſtat ſane ex eadem, quantæ molis opus fuerit, donec ſanctio hujus §. 31. Art. V. utrinque rata confirmataque haberetur; ſiquidem Cæſarei inprimis una cum Catholicis omne genus Exercitii Religionis ſubditis concedendi quovis modo detrectarent; (*Cap. II.* §. *XVIII.*) poſtmodum vero primum illis tantum ſubditis, qui certo quodam pacto, (§. XXVIII.) dein modo & illis, qui ex conniventia Dominorum ſuorum aliquod Exercitium obtinuerint, id deinceps indulgendum vellent; donec tandem Legatis Suecicis, & quibusdam aliis Deputatis Proteſtantibus cedere conſtanter renuentibus ſoli Cæſarei, vel irrequiſito plane plerorumque Statuum conſenſu, vel multa ſaltem eorundem contradictione ſubſequente, in id conſenſerint, quod dicto §. 31. Art. V. aſſertum fuit, ut ſcilicet ſubditi, qui ſive publicum, ſive privatum A. C. Exercitium anno MDCXXIV. quacunque anni parte ſive certo pacto aut privilegio, ſeu longo uſu, vel ſola denique obſervantia dicti anni habuerunt, retineant id etiam impoſterum. Quodſi igitur tantorum res motuum fuerat, ut ſolus uſus Exercitii Religionis ſecundum habitam in anno ſupra dicto poſſeſſionem pro ſubditis extorqueretur; quanti non tumultus excitati fuiſſent, ſi vel verbo de Jure quodam, in poteſtate Reformandi Dominum prohibendi, ſubditis vindicando mentio incidiſſet. Adeo nimirum ab omni Lege, ejusdemque ratione & admini-

nimi-

culis aliena ſunt, quæ de habituali anni normalis Statu in materia Exercitii Religionis præciſe obſervando, deque Jure quodam, quod inde fundant, ſubditorum Dominum ſuum prohibendi abſque omni Legis fundamento Proteſtantes comminiſcuntur.

XXXVI. Id quod cum liquido hactenus perſpexerimus, quid reſtat, quam ut cum ipſomet Imperatore in Reſcripto, de anno MDCXLIX. die XXX. April., ad Directorium Circuli Franconici in cauſa reſtitutionis Palatino-Solisbacenſis clementiſſime dato concludamus: Wie wir dann einem Theil dasjenige, was er zu ſelber Zeit 1624. befugt geweſen, oder innen gehabt, nach Ausweis des Friedens-Schluſſes (verba immediate hunc paſſum præcedentia provocant ad §. 31. Hoc tamen non obſtante) allergnädigſt gern vergönnen; alſo können wir dem anderen dasjenige, was Ihme der Friedens-Schluß nicht ausdrücklich nimmet, oder abſpricht, auch nicht nehmen ꝛc.

Conf. Tom. II. Act. Execut. pag. 618.

Salva nimirum ſit ſubditis ſui Libertas Exercitii, quod & quatenus in anno MDCXXIV. quacunque anni parte habuerunt. Hoc enim ut retineant impoſterum, Pax diſerte jubet. Sed & ſalvum quoque ſit, maneatque Domino Territorii ſuum Jus reformandi, quod ut à nemine ſub quovis prætextu turbetur, aut impediatur, Pax æque diſerte ſtatuit. Ita ſubditis, quod ſubditorum eſt, Domino, quod ipſius eſt, unicuique ergo ſuum juxta primam Juris etiam naturalis regulam attribuetur. Ita vera, genuina, in Actis & Protocollis publicis fundata mens tuto obtinebitur, quam exinde palam facere, hujuſce Capitis finis ſcopusque fuerat.

CAPUT V.

Vindicias ponit antecedentis Capitis adverſus Proteſtantium objectiones.

SUMMARIA.

I. *Facta tranſitione præſentis Capitis inſtitutum exponitur.*
II. *Argumentum I. Adverſariorum refertur,*
III. IV. V. VI. *Et ad illud reſpondetur.*
VII. VIII. *Pro ſolvendis argumentis reliquis principia generalia præfiguntur.*
IX. *Argumentum II. ex* §. 33. *Art. V. I. P. W. depromptum*
X. *Datis ad id reſponſionibus refellitur.*
XI. *Argumento III., quod ex* §. 25. *ejuſd. Art. V. petunt,*
XII. XIII. *Annexisque ratiociniis, ſatisfit.*
XIV. *Argumentum IV. e* §. 26. *Art. V. hauſtum exhibetur,*
XV. *Atque ex regulis ſanæ interpretationis, tum generalibus, tum ſpecialibus, diſſolvitur.*
XVI. *Argumentum V. e variis ratiociniis conglomeratum expeditur.*
XVII. *Argumento VI., cujus fons eſt* §. 1. *Art. VII. I. P. W.*
XVIII. *Articulatim reſpondetur.*
XIX. *Argumentum VII. in clauſula Art. IV. Pac. Ryſſwic. adjecta fundatum diluitur.*
XX. *Argumentum VIII. ex* §. 23. *Art. V. deſumptum ad alios ejusdem Art. V.* §§. *comparatur;*

XXI.

Digitized by Google

XXI. *Et ex Actis P. W. enervatur.*
XXII. *Argumentum IX. ex §. 27. Art. V. ipſis Hennigeſii verbis deducitur ;*
XXIII. *Et fundamentis in contrarium ex iisdem Actis P. W. allatis refutatur.*
XXIV. *Argumentum X. e §. 43. Art. V. conſtructum ex eodem §. deſtruitur.*
XXV. *Recentioris cujusdam Anonymi Ratisbonenſis ſuper hac materia doctrina refertur ;*
XXVI. *Atque ejusdem Autoris argumentis illuſtratur.*
XXVII. *Facta deſuper generali reflexione concluditur.*

Liquido ex iis, quæ Capite antecedente deducta fuerunt, conſtare arbitramur, id quidem per Pacis Weſtphalicæ ſanctionem Art. V. §. 31. conſtitutum fuiſſe, ut, cum antea ſubditi nulla plane quoad Exercitium Religionis libertate gauderent, eatenus ſaltem illam haberent impoſterum, retinerentque, quatenus Exercitium ejuſdem, ſive publicum, ſive privatum, anno MDCXXIV. quacunque anni parte una cum annexis habuere, atque ita ſe habuiſſe, probare poterunt; nequaquam vero, ut hæc indulta ſubditis libertas omnem Juris Reformandi, per §. 30. ejuſd. Art. V. in ſalvo poſiti, uſum atque Exercitium e medio tolleret, aut ſaltem ſuſpenderet; minime omnium, ut iis, quibus datum eſt libero Religionis Exercito frui, vera etiam facultas Dominum prohibendi competeret, ne ſuo hoc amplius, quod ipſi ratione Territorii & ſuperioritatis in negotio Religionis pro-

proprium eſt, Jure Reformandi uteretur. Ut proinde neotericum illud Proteſtantium ſyſtema de regula Juris Reformandi in anno Normali conſtituenda, deque eodem non ſecundum habitæ factum poſſeſſionis, ſed ſecundum ſtatum ſuum privativum & habitualem inſpiciendo, ruat prorſus, & collabatur. Quandoquidem vero hujus non tam in præfatis §§. 30. & 31., quam in aliis huc contortis §§phis, deductisque inde, vel aliunde etiam argumentis fundamenta atque refugium reponant; e re viſum fuit, hoc illa Capite ita diſcutere, ut facile quilibet dignoſcere valeat, quam infirma ea ſint, quamque inconcludentibus iſtud Proteſtantium ſyſtema principiis innitatur. Hæc ipſa autem principia ac fundamenta cum e proprio Proteſtantium effato in divulgato illo Scripto: Ungrund des *Simultanei*, velut in unum collecta, exhibeantur; ad huncce ſcopum noſtrum accommodatius certe fieri nihil poterit, quam ut ex eodem argumenta ferme ſingula huc depromamus, datis ad ea reſponſionibus prioris Capitis aſſerta ulterius ſtabilituri, atque vindicaturi. Cumque porro argumenta iſthæc potiori ex parte e §§. prædicti Art. V. I. P. O. huc plane alienis, & de diverſo prorſus objecto tractantibus ſint deſumpta, in horum §§. excuſſione ita verſabimur, ut verum quidem & genuinum eorum ſenſum ſuccincte & breviter ſiſtamus, a longiore tamen demonſtratione, ex Actis Pacificationis aliisque fontibus petita, interdum ideo abſtineamus, quod ſinguli iſti §§phi pro materiæ, quam tractant, dignitate ſingulas ac ſpeciales diſſertationes requirant.

II. Sic autem ibidem (I.) diſcurſus adornatur: Thema iſtud Catholicorum, quod in vim §. 30. Art. V. Jus Refor-

Reformandi regulam, Exercitium vero Religionis juxta §. 31. exceptionem ab hac regula conſtituat, ſicut aſſertum eſt, de quo in toto Pacis Inſtrumento reperitur nihil; ita quoque omni ſanæ rationi, & naturæ ac indoli quorumcunque Jurium adverſatur;

Num. 5. *mox citati Scripti*: Ungrund des *Simultanei.*

Prius cum per ſe ſatis patere videatur, poſterius hiſce demonſtrare contendit. Affirmare, quod Jus Reformandi ſit regula, idem ſane eſſet, ac ſi diceretur, Domino circa ordinationem, introductionem, atque expulſionem, religionis arbitrariam, illimitatam, nullique prorſus Legi adſtrictam poteſtatem competere. Hoc enimvero ſi paradoxæ iſtius regulæ aſſertores Catholici non intenderent, non dignoſci ſatis, quid aliud emolumenti ex hac ſibi regula quærere velint.

Num. 6. & 7. *ibid.*

Quam autem enormis hæc ſit prætenſio, Domini Territorialis in negotio Religionis Jus ac poteſtatem nullis contineri legibus, regulisque, eidemque hac in re, quidquid libet, licere; ex eo abunde colligi, quod omne Jus, hoc ipſo, quod ſit facultas aliquid agendi vel non agendi, ſuam habere normam atque regulam debeat, ne alias, ſi pro lubitu Jure quisque ſuo uti velit, pernicioſiſſimæ inde ſequelæ enaſcantur;

a Num. 8. *uſque* 13.

Porro ſequelas haſce ex infauſto illo bello tricennali ſatis commonſtrari, ceu cujus unica origo fuiſſe dicitur, quod Jus Reformandi nullam certam atque determinatam regulam, ſecundum quam exerceri debuiſſet, præſcriptam haberet; atque inde quilibet, quo voluit uſque, illud extenderet. Huic ergo ſanguinolento bello, ut finis

tan-

Digitized by Google

tandem imponeretur, neceſſarium erat, ut in certam aliquam, indiſputabilem, inalterabilem atque evidentem regulam ſive normam conveniretur, ſecundum quam ſicut omnes res Religionis, ita etiam Jus ſacrorum & reformandi impoſterum dirigeretur.

Num. 21. *&*. 22.

Nulla autem melior, omnibusque ſiniſtris interpretationibus minus obnoxia inveniebatur, ac nudum factum poſſeſſionis, uſus, Obſervantiæ & Exercitii certo tempore, anno nimirum MDCXXIV. habiti, ſecundum quod omnia in Imperio, atque ita & Jus reformandi reſtitui ac ſervari in futurum conſtanter debeant.

Num. 32. ubi etiam fit provocatio *ad* §. Sodann 3. *Receſſ. Execut. de anno MDCXLIX. & ad* §. 2. *Art. V I. P. O.*

III. Totus hic diſcurſus, quem longo §§phorum ordine Autor proſequitur, ſuos undequaque defectus ipſe pandit, modo accuratiori nonnihil mente ſecundum aſſerta ſua ſingula perpendatur. Enimvero cum *inprimis* dicat, iſtam Catholicorum poſitionem, de Jure Reformandi per modum regulæ in §. 30. & Exercitio Religionis in vim exceptionis §. 31. ſtabilito, nullibi in toto Pacis Weſtphalicæ Inſtrumento reperiri; vereor ſane, ne ſimile genus argumentationis majori ſane jure & efficacia contra Adverſarios, conſtitutamque ab iis in ſic dicto anno normali Juris Reformandi regulam adhiberi poſſit. Præterquam enim, quod talis Regula in anno normali conſtituta in expreſſa Pacis litera, ubi de Jure Reformandi Domini Territorialis reſpectu ſuorum ſubditorum agitur, nuſpiam offendatur, adeo etiam, ne fundamenti quidpiam

piam

Digitized by Google

piam ex ejuſdem vera mente & genuina interpretatione ſibi cadit, ut potius alia omnia manifeſte inde depromi, ex iis, quæ ſuperiori Capite hac de re dicta fuere, abunde conſtet. Quamvis proinde nec iſta, de qua nobis hic ſermo eſt, Catholicorum Theſis in ipſiſſimis & formalibus, uti loquuntur, Pacis verbis contineatur, (quod ſane fieri in Lege aliqua, uno quaſi filo & connexa periodorum ſerie regulam atque limitationem exhibente, nec neceſſarium eſt, nec uſitatum; quemadmodum plurium aliarum inductione legum facile hoc loco eſſet, ſi vacaret, commonſtrare) tanto tamen argumentorum pondere e vera legis, eorumque, qui hanc condiderunt, mente regula §. 30. poſita, factaque ab eadem per §. 31. exceptio eruitur, ut nullum amplius ſupereſſe queat dubium, quo minus illam modis omnibus adſtruamus. Omnia vero argumenta huc facientia denuo repetere, tanto magis hic ſupervacaneum ducimus, quanto latius illa ſuperiori jamjam Capite §. XIV. & ſeqq. fuere producta.

IV. Iſtud *deinde* aſſertum: Jus Reformandi pro regula conſtituere, idem eſſe, ac ſi Domino circa negotium Religionis velut independens quædam, nullisque plane legibus adſtricta poteſtas attribueretur, ſicut unice eo tendit, ut totum Catholicorum circa expoſitionem utriuſque §. 30. & 31. ſyſtema intricatis æquivocationum & amphibologiarum tenebris obducat, ita in rei veritate nullatenus ſubſiſtit. Jam in antecedente Capite §. XIII. operam eo dedimus, ut ambiguitatibus hiſce Catholicorum in §. 30. quæſitam regulam, & adjunctam in §. 31. exceptionem ſubtraheremus, dum ibidem diximus, ſenſum hujus Catholicorum aſſerti nequaquam eum eſſe, quaſi Jus

Z Refor-

Digitized by Google

Reformandi omnem prorſus legem, regulam ac normam reſpueret; ſed quod intuitu liberi ſubditorum Exercitii Religionis, de quo §. 30. ſermo eſſe incipit, Jus Reformandi, ex praxi hactenus uſitata, & ſubſecuta Pace Religioſa Domino Territoriali competens, ſit regula; factum vero poſſeſſionis ſubditorum in anno MDCXXIV. habitæ ejusdem ſit regulæ limitatio, atque exceptio. Jus Reformandi porro ſuam ſemper etiam Catholicis regulam atque normam habuit, ſive illud in prima & generaliori, ſive in ſecunda & tertia ſua Epocha conſideratum fuerit. In prima equidem ſua Epocha vagum illud, nullisque limitibus circumſcriptum fuiſſe, ſecundum communem loquendi modum, & eo ſenſu diximus, quod tum tres generaliſſimos introducendi Religionem ſuam, expellendi diſſentientem, & ipſos adeo ſubditos ad ſuam compellendi effectus Domino Territorii attribuiſſet; minime vero eo ſignificatu, quod a nulla prorſus Lege & Regula illud dependeret. Sane Juris Reformandi prima veluti ſtamina e binis Imperii Receſſibus de annis MDCXXIV. & MDCXXVI., quorum priore §. 29. cura librorum prohibendorum, vel non prohibendorum ratione Lutheri Doctrinæ, tum temporis enatæ, cuivis in ſuo Territorio Statui commiſſa; poſteriore vero §. 4. ſancitum fuerat, ut quivis Status in ſuo Territorio circa negotium Religionis ita ſe gereret, prout rationem coram Deo, & Sacra Cæſarea Majeſtate ſe reddere poſſe crederet, prodiiſſe, res eſt omnibus tam Catholicis, quam Proteſtantibus decantata. His porro Receſſibus, quantumvis poſtea per literas Imperatoris reſpective, & Receſſum Imperii de anno MDCXXIX. §. itidem 4. revocatis, innitebatur communis illa, tum in Imperio uſitari cœpta praxis, vi cujus

Terri-

Territorii cujuslibet Dominus ſecundum tres mox aſſignatos Juris Reformandi effectus de Religione pro lubitu ſuo diſponebat. Unde quoque, authoribus quidem ipſiſmet Proteſtantibus, profluxit divulgatum illud axioma: *Cujus eſt Regio, illius eſt Religio*, ſive de eadem diſpoſitio. Tametſi igitur Jus Reformandi, hac ſua prima in Epocha ſpectatum, lege ſcripta non ita dirigeretur, pro Regula tamen ac norma praxin in Imperio uſitatam, quæ velut in vim obſervantiæ communis excrevit, indeque enatum mox allatum axioma habuit. In Pace Religioſa, qua ſecundam Juris Reformandi Epocham ordimur, tertius quidem, qui in compellendo conſiſtebat, effectus ſublatus, duo tamen reliqui per diſertam Pacis literam §. Und damit ſolcher Fried. & §. Wo aber: Domino Territoriali confirmati fuerunt, ita ut Jus Reformandi, hac ſecunda in Epocha conſideratum, præter praxin hactenus in Imperio uſitatam ipſam quoque Pacem Religioſam pro norma ac Regula nanciſceretur. Quæ utraque regula cum in P. W. A. V. §. 1. & 30. denuo corroboraretur, adeo, ut, ſecundo quidem expulſionis effectu novis limitibus §. 31. circumſcripto, primarius tamen & princeps Juris Reformandi character, qui in ſuæ Religionis introducendæ poteſtate conſiſtit, & ſine quo illud nec eſſe concipi poteſt, ſalvus & integer remaneret; ſponte ſua fluit, quam in tertia Epocha Juri Reformandi Regulam attribuamus. Prorſus ut inane ſit, quod, dum Catholici in Jure Reformandi regulam conſtituunt, idem dicant, ac ſi Jus Reformandi nullam omnino regulam & normam admittat. Neque ſubſiſtit, & concludit quidpiam, quod Anonymus Author ſæpefati Scripti in ſui confirmationem aſſerti ſubjungit, dum inquit, non dignoſci ſatis,

Digitized by Google

quid alias emolumenti ex hac ſibi regula Catholici quærere velint. Sane ex ipſis modo allatis Juris Reformandi regulis patenter eluceſcit, quam notabile, quamque inſigne emolumentum ex eo profluat, quod in vim illarum (ſalvata cœteroquin ſubditorum circa Exercitium Religionis in anno decretorio habitum libertate) Juris Reformandi, in ordine ad ſuam, quæ ante non adfuerat, Religionem cum Exercitio publico introducendam & concedendam, uſus & exercitium Domino Territoriali impediri nec poſſit, nec debeat, cujus ſterilem duntaxat potentiam, & actum, uti loquuntur Philoſophi, primum, nunquam amplius in actum ſecundum & exercitium reducibilem per ſuam, quam in anno normali adſtruunt, regulam eidem Adverſarii relinquunt.

V. Ex hactenus vero deductis quemadmodum generalium illarum, quibus porro præfatus Autor ad oſtendendum, quod omne Jus ſuam habere regulam debeat, hic utitur, & quæ a nobis in controverſiam vocata nunquam fuere, demonſtrationum irrelevantia ſatis in aprico eſt; ita pariter iſtius ſeſe manifeſta falſitas ulterioris aſſerti aperit, quod belli tricennalis unica origo fuerit defectus regulæ, ſecundum quam Jus Reformandi exerceri debuiſſet. Contrarium ſane nobis indigitat procemium Art. V. Inſt. Pac., quo clare enuntiatur, quod, bello præſenti (tricennali) magnam partem gravamina, quæ inter utriuſque Religionis Electores, Principes & Status Imperii vertebantur, cauſam & occaſionem dederint. Indubitatum etiam eſt ex vera genuinaque rerum in Imperio geſtarum hiſtoria, quod reſtitutio bonorum Eccleſiaſticorum, ex Edicto Ferdinandeo imperata, belli iſtius per

totam

totam late Germaniam graſſantis ſi non unica, princeps ſaltem cauſa extiterit. Unica igitur ejusdem, ſiqua tamen fuerit, cauſa haud eſſe in eo potuit, quod Jus Reformandi nullam prorſus regulam habuerit; quippe de quo nec inter Status Imperii diſceptabatur, nec in prædicto FERDINANDI Imperatoris edicto quidquam continebatur. Immemor præterea illius hic Auctor fuiſſe videtur, quod paulo ante poſuit ipſemet, tantaque argumentorum copia demonſtrare conatus fuit, principii, quod ſcilicet Jus nullum ſine regula eſſe vel concipi queat. Hoc ipſo igitur, quod Jus Reformandi etiam ante bellum tricennale verum aliquod Jus eſſet, ſua, ſecundum quam normari debebat, regula carere non poterat. Unde etiam, ſi Actorum Imperii, præcipue vero Tractatuum Pacis Weſtphalicæ hiſtoriam conſulere libuerit, nullibi deprehendemus, belli id cauſam fuiſſe, quod Jus Reformandi nullam plane habuiſſet regulam; ſed ejuſdem, non quidem unicam, uti expreſſis verbis Autor habet, ſed partialem forte originem extitiſſe, quod iſtius, ſcilicet Juris Reformandi, regula illis, qui ſubditorum in ſe patrocinium atque defenſionem ſuſcipiebant, adeo vaga, generalis & ampla eſſet, ut ea ſubditorum quoad Exercitium Religionis ſecuritati atque libertati haud ſatis proſpectum eſſe crederent. Cum ergo poſtea de fine hujus tam atrocis belli, atque ineunda pace cogitaretur, non ita neceſſarium erat, Juri Reformandi novam aliquam regulam ponere, quam poſitam jam antehac reſtringere potius, limitare, & in arctiores terminos reducere. Quod quibus modis in §. 31. Art. V. I. P. W. effectum fuerit, ex anterioribus hujus Diſſertationis Capitibus ſufficienter apparet.

VI. Suapte igitur ſponte ruit nova illa, quam ſæpe dictus Autor cum communi modernorum Proteſtantium in anno Normali conſtituit, Juris Reformandi regula, ceu cujus, dum in Inſtrumento Pacis de Jure Reformandi ſermo eſt, neque vola neque veſtigium reperitur. Adducti enimvero ab Autore in confirmationem novæ hujus aſſertæ regulæ §§phi tam ex ipſo Pacis Inſtrumento, quam ex Receſſu Executionis de anno MDCXLIX. notorie de reſtitutione Statuum, neutiquam vero de Jure Reformandi, loquuntur, uti vel ex ſolis utriusque §phi verbis indubitate conſtat. Quippe citatus §. 3. Receſſ. Execut. ita habet: Sodann Churfürſten und Stände des Reichs betreffend, verbleibt es dabey, daß in dem *PUNCTO RESTITUTIONIS* ex Capite Amneſtiæ & Gravaminum aus dem Inſtrumento Pacis, und nach deſſelben geſetzter Norma univerſali Terminorum a quo, Regulis item tam generalibus, quam ſpecialibus, unpartheyiſch, unaufhältlich, und ohne Anſehung der Perſonen, Religionen ꝛc. . . . . oder einiger anderer exceptionen, wie ſie Nahmen haben mögen, fürnemlich nach dem bloſen Facto Poſſeſſionis, Uſus, Obſervantiæ & Exercitii die Caſus liquidi ab illiquidis zu ſepariren, und dergeſtallt zu forderſamſter Richtigkeit zu beförderen ꝛc. Undique ex his ſeſe verbis manifeſtum facit, non agi hic de Jure Reformandi, a Domino Territorii intuitu ſuorum ſubditorum exercendo, ſed de reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum inter Status & Status facienda. Oſtendunt id inprimis verba initialia: Sodann Churfürſten, und Stände des Reichs betreffend: queis clare innuitur, rem hic eſſe de rebus inter Status & Status, non vero inter Status & ſubditos controverſis. Nunquam enim inter Status & Status Jus Refor-

Reformandi controverſum erat, ceu quod nullus unquam Status in alios ſuos Conſtatus alterius Religionis ſibi arrogaſſe auditus fuit. Atque inde etiam in ipſo Pacis Inſtrumento de Jure Reformandi ejusque Regula tum non agebatur, ubi controverſiæ Statuum inter ſe, puncto faciendæ reſtitutionis vertentes, componebantur; ſed ibi demum, cum ad cauſas Religionis inter Status & Subditos controverſas deſcenſus fieret, prout verba §. 30. Art. V. initialia diſerte eloquuntur ibi: *Quantum deinde ad Comites, Barones, Nobiles, Vaſallos, Civitates, Fundationes, Monaſteria, Commendas, Communitates & Subditos, Statibus Imperii immediatis ſive Eccleſiaſticis ſive ſæcularibus ſubjectos pertinet.* Ulterius id etiam ineluctabiliter demonſtrant verba mox inſequentia: In dem *PUNCTO RESTITUTIONIS.* De hac enim quamdiu agebatur, Jus Reformandi, Domino intuitu propriorum ſuorum ſubditorum competens, in quæſtionem venire haud poterat. Intuitu namque Statuum erga ſuos Conſtatus illud nunquam exiſtebat, igitur de ejusdem reſtitutione per rerum naturam tractari ibidem non potuit. Quamvis proinde in contextu §phi quæſtionis ulteriori annus reſpective decimus octavus & vigeſimus quartus prioris ſæculi *NORMA UNIVERSALIS* dicantur, hæc tamen Univerſalitas ultra materiam reſtitutionis extendi nequit. Omnino enim ſicut iisdem verbis annus decimus octavus tantum ratione reſtitutionis ex Capite Amneſtiæ faciendæ norma univerſalis appellatur, ita pariter annus vigeſimus quartus præciſe ratione reſtitutionis ex Capite gravaminum eodem normæ univerſalis titulo inſigniendus erit, ne alias in verba eadem oppoſita cadat interpretatio. Atque

Digitized by Google

que hæc omnia etiam locum & applicationem habent in altero, ad quem hic provocat Autor Scripti, §pho 2. Art. V. I. P. O. quippe & ibidem in verbis clariſſimis exprimitur: *Terminus a quo RESTITUTIONIS in Eccleſiaſticis, & quæ intuitu eorum in Politicis mutata ſunt, ſit Dies prima Januarii Anni Milleſimi Sexcenteſimi vigeſimi quarti; Fiat itaque Reſtitutio omnium Electorum, Principum, & Statuum utriusque Religionis .... reductione ad ſtatum dicti anni dieique in omnibus facta.*

VII. Verum ut omnia quaſi argumenta, quæ tum in citato Scripto: Ungrund des *Simultanei*, tum a cœteris novitiæ huic ſententiæ adhærentibus ulterius afferuntur, uno alteroque generali principio ſtabilito antevertamus, haud abs re erit, ſequentia animadvertere. Quotquot Adverſarii pro impugnanda Theſi noſtra argumenta e §§., Art. V. §. 30. antecedentibus, depromunt (depromunt autem ex iis potiſſima, & exceptis paucis, fere omnia) extra præſentis controverſiæ, ut ajunt, ſtatum adducuntur, proindeque nihil prorſus evincunt. Facile hoc apparet, ſi, quod equidem priori jamjam Capite §. XVI. paucis indigitavimus, mente tantiſper recolamus, totum Art. V., quo de gravaminibus Religionis, uti conſtat, actum fuit, in duo ſumma Capita diviſum eſſe. Unum §§phis viginti novem anterioribus comprehenditur, abſolvitque controverſias Religionis & bonorum Eccleſiaſticorum inter ipſos Status hucuſque vertentes. Alterum §. 30. initiatur, ſtatuitque, quid Domino Territoriali in ſubditos liceat; diverſa ſacra amplexos, quidque iſtiusmodi ſubditis circa exercendæ atque profiten-

ſtendæ Religionis ſuæ, a Domino diſſentientis, libertatem juſtum ſit. Atque ita cum §. 30mus per particulas connectentes: *quantum deinde*, incipit, adverbio hoc *deinde* ordo rerum tractandarum indicatur, quomodo Paciſcentes, jam uno capite abſoluto, tranſitum ſibi ad alterum parant.

Vid. AUTOR *Medit. ad Inſtr. P. Art. V.* §. 30. *Not.* (*a*) *pag.* 421.

Neque hoc Autor ipſemet ſæpe nominati Scripti: Ungrund des *Simultanei* diffitetur, dum inprimis *Num.* 30. citati ſui Scripti inquit: Dann es entſtunden dabey zwey Hauptfragen; 1) In Anſehung der Reichs-Stände unter ſich und gegeneinander, was ein jeder haben und behalten ſolle, inſonderheit von denen in Beſiz gehabten Geiſtl. Gütern, und was es vor eine Bewandnus mit der Religion in ſolchen haben ſollte? 2) Wie die Stände ihr Jus ſacrorum & reformandi gegen ihre Landſaſſen, und deren Unterthanen hinkünfftig gebrauchen ſollten. Poſtquam deinde per varios §§phos ex ipſismet I. P. verbis primum oſtenderat, ad ſecundum hiſce verbis progreditur. *Num.* 39. Nachdem nun ſolcher geſtalt das Jus Sacrorum & Reformandi, und ſonderlich die Poſſeſſio bonorum Eccleſiaſticorum unter denen Reichs-Ständten gegen einander reguliret geweſen, iſt Ihnen auch in Anſehung ihrer übrigen Landſaſſen, und ihren Unterthanen Ziel und Maaß geſezet, und eine gewiſſe Norm vorgeſchrieben worden. Igitur nec ipſis Adverſariis etiam invitis, ſed ſincere confitentibus §§phi omnes 30mum præcedentes de cauſis Religionis, ac præcipue poſſeſſione, atque reſtitutione bonorum Eccleſiaſticorum, inter ipſos Status Imperii controverſis, diſponunt. Quando-

ſiquidem vero ea, quæ in præſentiarum nobis de Simultaneo in eodem loco introducendo eſt, quæſtio non Status inter ſe, ſed Dominum & Subditos evidenter concernit, ſat prone conſequitur, ejuſdem deciſionem non e priore, ſed poſteriore Articuli V. parte derivandam, omnesque §§phos ex priori citatos hic omni efficacia probandique vi eſſe deſtitutos.

VIII. Non minorem conſiderationem atque attentionem iſtud meretur, omnes illos §§phos, qui anni vigeſimi quarti prioris ſæculi, ejuſdemque ſimul Calendarum Januarii mentionem faciunt, rurſus non de cauſis inter Dominum & ſubditos, ſed inter Status controverſis tractare, proindeque nullam quoque hic ſtringendi vim habere. Equidem antehac multum ſeſe cruciabant Inſtrumenti Pacis Interpretes, quid ſibi velit, quod mox in eo anni vigeſimi quarti, ejuſdemque diei primæ Januarii, mox ejuſdem cujuscunque partis memoria fiat. Nonnulli, ut obſervat

AUTOR *Medit. ad Inſtr. Pacis Art. V.* §. 31. *Not. (e) pag.* 443.

antinomiam cauſabant, eandemque ut tollerent, varia excogitarunt. Alii inter bona Eccleſiaſtica & Exercitium Religionis diſtingui voluerunt, illorum reſtitutione ad Calendas Januarii retracta, huic vero, Exercitio, quacunque anni parte data. Horum vero ſententia cum neutiquam poſſit ſubſiſtere, ſolideque omnino ab eodem AUTORE *Meditationum cit. loc.* refellatur; communis eſt hodie fere omnium Publiciſtarum, atque Pacis Weſtph. Interpretum ſententia, ibi de controverſiis inter Status agi, ubi Calendarum mentio intervenit; quandocunque vero

quæ-

quælibet anni pars memoratur, ſignum eſſe, ibi inter Dominum & Subditos rem haberi. Hos autem communiter conſentientes Autores integro quodam catalogo huc referre eo minus neceſſarium duximus, quo diſertius idemmet rurſus Autor Scripti: Ungrund des *Simultanei* id confitetur, *Num.* 31. ita inquiens: Für jene nemlich die Stände unter ſich und gegeneinander, ſonderlich ratione der in Beſiz gehabten geiſtlichen Güter, iſt der Terminus a quo & regulativus der erſte Januarii 1624. . . . . Und war es allerdings nöthig, dieſer Güter halber einen ganz eigentlichen Terminum zu beſtimmen; weilen ſonſt unendliche lites daher entſtanden, und ſolche oft gar nicht zu entſcheiden geweſen ſeyn würden; indem ſich leicht zutragen können, auch ſonder Zweifel zugetragen hat, daß die Poſſeſſores ſolcher Güter in demſelben Jahr etlichmahl veränderet worden. Quæ cum ita ſint, non poſſumus ſane non mirari, quid ſit, quod mox relatus Autor in citato pariter ſuo Scripto potiſſima argumenta ex iſtiusmodi §§phis deſumat, quæ tamen vel ſolis hiſce, e propria ſua ſcriptura hactenus obſervatis, infirmentur propediem, atque evaneſcant, neceſſe eſt. Sed ut inſpiciamus penitius ſingula, §§phos jam ſingulos una cum deductis exinde argumentis eo prorſus, quem ipſemet Autor adhibuit, ordine referre juvabit.

IX. Videlicet (II.) in *Num.* 42. ſui Scripti Autor provocat ad §. 33. Art. V. I. P. W., quem immediate antecedente *Num.* 41. ſecundum integrum ferme ſuum tenorem retulit, atque ex illo tanto fortius pro eodem argumentum deſumi poſſe videtur, quanto minus ea omnia, quæ hactenus a nobis generaliter præmonita at-

Digitized by Google

que obſervata fuerunt, reſpectu ejuſdem locum habere poſſunt. Neque enim e priori, ſed poſteriori Art. V. parte depromptus eſt; neque diei præciſe primæ Januarii, ſed totius anni vigeſimi quarti mentionem facit; quo, ſicut & ipſis §phi verbis manifeſtum evadit, de Exercitio Religionis inter Dominum & ſubditos controverſo ibidem ſermonem eſſe. Hoc autem §pho (ita quidem AUTOR dicit) Status & Obſervantia anni MDCXXIV. expreſſe *Regula* nuncupatur. Annihilantur inſuper & caſſantur omnia huic anni MDCXXIV. obſervantiæ adverſantia; in quo ſane genuinus alicujus regulæ character omnino apparet. Verba AUTORIS hæc ſunt: Wann man alſo den angezogenen §. Pacta autem &c. wo Status & Obſervantia anni 1624. ausdrücklich Regula genennet, und alles caſſiret und aufgehoben wird, was deme zuwider iſt (welches das rechte Kennzeichen einer Regul) zu dem §. Quæcunque Monaſteria beyfüget ꝛc. ꝛc.

X. Verum, tametſi equidem negare haud poſſimus, hoc §. 33. allegato ſermonem eſſe de Libertate Exercitii Religionis inter Statum immediatum ſive Dominum & ſuos ſubditos controverſa; nihil tamen præſidii eſt, quod AUTOR ſibi pro fundanda ſua intentione polliceri ex eodem queat. Illud enimvero, quod inprimis dicit; *Hoc §pho STATUS & Obſervantia anni MDCXXIV. expreſſe regula nuncupatur;* nuſpiam in verbis cit. §. 33. deprehenditur. Solius obſervantiæ meminit §., dum dicit: *Non attentis, ſed annihilatis omnibus anni MDCXXIV. Obſervantiæ, utpote quæ inſtar regulæ obtineat, contrariis latis ſententiis, reverſalibus, pactis, quibuscunque transactionibus. Obſervantiam* autem & *Statum* anni MDCXXIV.

nequa-

nequaquam confundenda, & pro ſynonymis accipienda eſſe, clare apparet e §. proxime antecedente 31., quo itidem obſervantiæ hujus mentio occurrit in clauſula illa, authoribus Suecis demum appoſita: *ſive ſola denique Obſervantia dicti anni.* Hac vero Suecos nequaquam intendiſſe, ut ſtatus anni vigeſimi quarti ratio deinceps haberetur, ſed ut ſubditis tantum, quibus poſſeſſio & uſus Exercitii Religionis, eodem anno habiti, ſuffragabatur, facilior ejuſdem probatio adeſſet, jam *Cap. II. hujus Diſſert.* §. *XLV. & Cap. IV.* §. *XXIII.* demonſtratum dedimus. Obſervantia igitur anni MDCXXIV. non denotat nudum ſtatum ſeu conditionem loci, prout res eodem tempore ibi fuere repertæ; ſed ſignificat ſtatum ſubditorum, prout ab illis eodem anno ſacra, eorundemque annexa exercita & poſſeſſa fuerunt; quem in ſtatum, *quo anno MDCXXIV. FUERUNT* (ipſi ſcilicet ſubditi, non locus) *ut plenarie reſtituantur*, §. 32. ſancitum fuit. Neque tamen hoc etiam ſenſu ſpectata Obſervantia pro norma & regula Exercitii Religionis intuitu Juris Reformandi haberi poteſt, quamvis in vim hujus §. 33. inſtar regulæ obtinere debeat. Nam Exercitium Religionis, ejuſdemque in anno Decretorio poſſeſſi obſervantia hoc Pacis loco ſub duplici conſideratione venit. Conſideratur enim inprimis comparate ad Jus Reformandi; deinde relative ad pacta inter Dominum & ſubditos inita. Priori reſpectu, dum in §§. 30. 31. & 32. ſpectatur, nullibi obſervantia anni vigeſimi quarti Regula appellatur, neque Jus Reformandi ibidem caſſatur, tollitur, & annihilatur; id quod tanquam genuinum alicujus regulæ ſignum ipſemet AUTOR requirit; ſed ut impoſterum a nemine impediatur, §. 30.

 con-

conventum fuit. Poſteriori vero ſub relatione dum in §. 33. attenditur, ibi demum obſervantia dicti anni inſtar regulæ ut obtineat, cavetur, inſuperque non omnia, quæ Exercitii Religionis libertatem quodammodo reſtringere poſſunt, ſed præciſe contrariæ latæ ſententiæ, reverſales, pacta, & quæcunque transſactiones, de quibus nimirum ſolis hoc §. ſermo eſt, caſſantur & annihilantur. Intuitu igitur horum pactorum, reverſalium & transactionum &c., non vero reſpectu Juris Reformandi obſervantia, id eſt, factum poſſeſſionis ſubditorum in anno Decretorio habitæ regula hic dicitur, ſenſusque §phi hic eſt, quod poſſeſſio dicto anno habita fortius Jus tribuat ſubditis, quam ut illud per pacta, cum Domino Territeriali antehac inita, ipſis eripi tollique poſſit, adeo quidem, ut ſi ejuſmodi pacta præfatæ poſſeſſioni non ſint contraria, rata firmaque haberi deinceps debeant; Sin vero hac poſſeſſione illa ſint deteriora, aut quidquam præjudicii fatæ poſſeſſioni pactis illis generetur, caſſatis & annihilatis ejuſcemodi pactis obſervantia anni Decretorii inſtar regulæ obtinere debeat. Caſus igitur ſpecialis, ſpecialem proinde etiam regulam requirens, hoc §. 33. deciditur, quem cum hoc loco, ubi de juſta & licita Simultanei introductione velut in Theſi, & præſcindendo a certis & ſpecificis aliunde inductis circumſtantiis nobis quæſtio eſt, haud attingamus, oppido palam fit, ſæpedictum §. 33. hic extra ſcopum & ſtatum vertentis modo quæſtionis allegari, adeoque ex eodem nihil prorſus concludi.

XI. Pergit vero (III.) citatus Autor eodem *Num.* 42. ſui Scripti novum inducere argumentum ex §. 25.

Art.

Art. V. I. P. W., quo ſane planis verbis declaratur, *ut unicum ſolumque hujus transactionis, reſtitutionis, obſervantiæque futuræ fundamentum ſit die prima Januarii anno MDCXXIV. habita poſſeſſio.* Et quamvis hic §. ſolam bonorum Eccleſiaſticorum mediatorum reſtitutionem, ſecundum prædictum annum diemque faciendam, pro objecto ſuo ſpecifico habeat, citata tamen ejusdem verba, quibus dicitur, quod habita die prima Januarii anno MDCXXIV. poſſeſſio *unicum & ſolum* non reſtitutionis duntaxat, ſed & futuræ obſervantiæ, imo etiam hujus transactionis (quo nomine ipſa P. W. venit) fundamentum eſſe debeat, latioris omnino ſignificationis ſunt, quam ut ad ſolam iſtam bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutionem coarctari debeant. Quibus *Num.* 42. ita poſitis Autor, ulterius *Num.* ſubſequente 43. argumentatur: Cum indubitata hæc ſemper fuerit, ſitque adhuc mens P. W., quod pars quælibet illud retinere, aut ſi turbata fuerat, in illud omne reſtitui debeat, quod in anno Decretorio, ejusque reſpective parte qualibet, vel die prima Januarii habuit, poſſeditque; juſta ſane ſequela fluit, quod ſubditi in Exercitio ſuæ Religionis ſint relinquendi, vel in illud reſtituendi, quod in præfato anno Decretorio illiusque quavis parte habuerunt. Ex quo autem ulterius conſequitur, quod, ſi ſubditi *v. g.* Proteſtantes in aliquo loco ſoli & privative, uti loquuntur, ſuæ Religionis Exercitio gaviſi fuerint, id etiam impoſterum ſolis illis ſit privative relinquendum. In bonam certe fidem quam maxime peccaretur, neque claram Pacis literam, neque intentionem aſſequeremur, ſi ſimultaneum Religionis coexercitium fas eſſet ibidem introducere. Sic namque haud verum eſſet dicere, quod ſub-

ſubditi in ea, quam in anno Decretorio ſoli & privative habuerunt, poſſeſſione relinquantur, cum pars altera in ejusdem compoſſeſſionem admittitur; prorſus ſicut ille, qui in aliquo diſtrictu jus habuit venandi privativum, in ſua poſſeſſione nullatenus relinquitur, quin imo in eadem turbatur, ſi alter ſeſe, etiamſi Dominus Territorialis ſit, in hujus compoſſeſſionem Juris quovis modo immittat. Aut ſicut Status ille *v. g.* A. C. addictus, qui in anno Decretorio, ejusdemque die prima Januarii fuit in ſolitaria poſſeſſione boni cujusdam Eccleſiaſtici, revera hac ſua in poſſeſſione contra diſertam objecti §. 25. Art. V. diſpoſitionem turbatur, ſi alter ſeſe Status Catholicus immiſceat, inque ejusdem ſimultaneam compoſſeſſionem intrudat; ita pariter ſubditi, qui eodem anno MDCXXIV. privative Religionis ſuæ Exercitium in certo loco obtinuerunt, poſſederuntque, in eodem turbantur, proinde ex §. 32. Art. V. *in eum, quo anno MDCXXIV. fuerunt, ſtatum plenarie reſtitui debent*, ſi Dominus Territorii ſuæ Simultaneum Religionis ibidem introduxerit.

XII. Duplex hic ab Autore nobis objici argumentum, unum quidem ex I. P. Art. V. §. 25. petitum, alterum e rationum momentis depromptum, nemo non videt. Priori vero ut inprimis ſatisfaciamus, alio haud opus eſt, quam ut generalia illa §§. VII. & VIII. hujusce Capitis ſtabilita principia huc pauliſper revocemus, eademque cum §. 25. Art. V. I. P. nobis objecti verbis aliquanto curatius comparemus. Ex tali enimvero comparatione atque applicatione indubie comparebit, quam hic rurſus extra ſphæram agat Autor, cum nobis de

juſta

juſta & licita Simultanei introductione loquentibus ille de bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutione argumenta depromat. Sane hunc §. 25. Art. V. I. P. de ſola bonorum Eccleſiaſticorum mediatorum reſtitutione loqui, ſicut generalia illa §§. ſupra citatis poſita principia ſatis oſtendunt, ita ſolis etiam hujus §. verbis initialibus plane evidens & manifeſtum evadit. *Quæcunque Monaſteria*, incipit §., *Collegia, Ballivias, Commendas, Templa, fundationes*|, *Scholas*, *Hoſpitalia* ***aliave bona Eccleſiaſtica mediata***, *ut & eorum reditus juraque, quocunque nomine ea appellata fuerint*, ***A. C. Electores, Principes, Status*** *anni MDCXXIV.* ***die prima Januarii*** *poſſederunt, eadem omnia & ſingula ſive retenta ſemper, ſive reſtituta, ſive vigore hujus transactionis reſtituenda, iidem poſſideant, donec controverſiæ Religionis amicabili partium compoſitione univerſali definiantur, non attentis exceptionibus &c...* Subjunguntur deinde verba ab Autore oppoſita: *Unicum ſolumque hujus tranſactionis, reſtitutionis, obſervantiæque futuræ fundamentum ſit die prima Januarii anno MDCXXIV. habita poſſeſſio, irritis prorſus exceptionibus &c.* Sicut igitur initialia §phi verba de ſola bonorum Eccleſiaſticorum retentione, Electoribus, Principibus & Statibus A. C., e poſſeſſione in anno Decretorio ejusdemque die prima Januarii habita, competente, loquuntur, ita pariter verba ſubſequentia nobis ab Autore oppoſita ulterius amplianda haud erunt. Suadet hoc *inprimis* ipſa ratio contextus, quo verba, utut alias, & extra fines contextus generaliora, ſuam ſpecificam determinationem capere debent. Cui *accedit* appoſita in ipſismet verbis objectis dies prima Januarii anni Decretorii,

rii, quæ ex ſupra dictis tantum in cauſis inter Status & Status controverſis, neutiquam vero in cauſis Domini & ſubditorum locum habet. *Porro* verbum *Tranſactionis* abunde indigitat, rem hic agi inter ſolos Tranſigentes, videlicet Status Imperii, non inter Statum & ſubditos ſuos, quippe qui ſicut reſpectu Pacis Weſtph. Tranſigentes non erant, ita pariter nec P. W. reſpectu eorum Tranſactio dici poterat. *Denique* verba: *futuræ Obſervantiæ* eum duntaxat in finem adjecta fuere, ut, ſicut illi Status, qui habitam dicta die prima Januarii poſſeſſionem ſine ulla turbatione, aut dejectione retinuerunt, vel qui antea turbati aut dejecti in ipſa P. W. reſtituti fuerunt, reſpective retentionis, vel reſtitutionis, ita pariter iſti, qui modo poſt P. W. hac ſua habita bonorum Eccleſiaſticorum poſſeſſione deſtituuntur, aut turbantur, in ordine ad impetrandam reſtitutionem, *futuræ obſervantiæ* fundamentum ex habita die prima Januarii anni MDCXXIV. poſſeſſione nanciſcerentur. Neque generaliorem quamdam ad libertatem Exercitii Religionis, inter Dominum & ſubditos controverſam, iſtorum verborum extenſionem ipſa Tractatuum Pacis hiſtoria patitur, ceu e qua indubitate conſtat, quod longe poſt hunc §. 25. jam confectum, plurimæ adhuc diſputationes circa dictam Exercitii Religionis libertatem factæ fuerint; quæ ſane omnes ſuperfluæ omnino fuiſſent, ſi jam hoc §. 25. futuræ circa eandem obſervantiæ fundamentum extitiſſet.

XIII. Ad poſterioris argumenti ſolutionem dum modo devenimus, attendenda tantummodo eſt grandis illa æquivocatio, quæ in hac propoſitione: Subditi in anno Decretorio privativum ſuæ Religionis Exercitium habuerunt

erunt, delitеſcit. Hanc enimvero propoſitionem ſi eo ſenſu intelligat Adverſarius, quod ſubditi in anno decretorio privativum ſuæ Religionis Exercitium ita habuerint, ut Jus pariter ipſis fuerit, Dominum excludendi ſive prohibendi, quominus ſuæ etiam Religionis Exercitium eodem in loco poſſit introducere; id ſane dicit, cujus contrarium præcedente Capite §. XXVIII. & ſeqq. ex Actis, hiſtoria, literaque P. W., atque aliis etiam rerum argumentis totis viribus demonſtratum ivimus. Quodſi vero præfata propoſitione id tantummodo velit innuere, quod idem Exercitium Religionis, quod in aliquo templo ſoli ſubditi Proteſtantes in anno Decretorio habuerunt, cum aliis Catholicæ Religionis ſubditis non ſit communicandum, nos equidem contradictores haud habebit, ſed iſta propoſitione, hoc ſignificatu intellecta, nihil efficiet adverſus Simultaneum, quod vocamus, innoxium, cujus introducendi, ſtante tali privativa ſubditorum quoad Exercitium Religionis poſſeſſione, Domino poteſtas competit, eoquod hujuſcemodi introductione ſubditis nihil prorſus decedat ab eo, quod in anno decretorio habuerunt, Exercitio Religionis, cum idem prorſus iiſdem remaneat, neque in hujus compoſſeſſionem ſubditi Catholici immittantur, ſed exſtructis novis templis, novisque reditibus aſſignatis in nova plane poſſeſſione conſtituantur; omnino ſicut ille, qui ſylvæ cujuſdam recenter erectæ, alteri tamen ab altero jam poſſeſſæ contiguæ, poſſeſſionem capit, propterea ſeſe in compoſſeſſionem alterius ſylvæ non immiſcet, ſed novam novæ ſylvæ poſſeſſionem adipiſcitur. Unde ad allatam in objectione duplicem paritatem multiplex ſeſe exhibet diſparitatis ratio. Qui jus habet venandi privativum; qui

Digitized by Google

in prima die Januarii anno MDCXXIV. privativam habuit alicujus boni Eccleſiaſtici poſſeſſionem, habuit inſimul, habereque potuit Jus prohibendi, ne alter ſeſe in compoſſeſſionem ingerat. Nec enim implicat, Statum Imperii adverſus alterum Jus prohibendi exercere. Ex iis vero, quæ ſuperiori Capite loc. jam cit. dicta fuere, ſubditi, qui in anno decretorio ſolitarie Exercitium Religionis in aliquo loco habuerunt, nec habebant, nec habere poterant, Jus Dominum prohibendi, quo minus ſuæ Religionis Exercitium ibidem introduceret. Porro Jus venandi, Jus ex poſſeſſione in anno decretorio habita ulterius bonum aliquod Eccleſiaſticum poſſidendi, jura ſunt fructifera, quorum poſſeſſori privativo ſemper aliquid decedit, ſi alter tale jus exercere inſimul velit, atque ita plures de juribus iſtis eorumque fructibus aliquid participent. Econtra Jus exercendæ Religionis jus eſt quodammodo ſterile, e quo ſubditis Proteſtantibus nihil plane decedit, ſi Catholici ſimul eodem in loco ſuam Religionem exerceant; modo Dominus Territorialis Catholicus ſubditos Proteſtantes in poſſeſſione Anno MDCXXIV. habita relinquat, & Catholicis nova templa propriis ſumptibus exſtruat, novoſque illis reditus e proprio marſupio aſſignet; alias ſane diſſentientis Religionis nimis delicati ſubditi contra ſuum Dominum ex vera æmulatione agerent, quæ pro malitia, cui non eſt indulgendum, in omni Jure reputatur. Aliud porro omnino eſſet, & ſic paritas adæquata fieret, ſi ſubditi Catholici in eorum, quæ §. 31. Art. V. annexa Exercitii Religionis vocantur, & a ſolis Proteſtantibus privative in anno decretorio poſſeſſa fuere, compoſſeſſionem intrudantur. Hæc enim annexa

Jura

Jura ſunt fructifera, e quibus privativo poſſeſſori illud ſemper detrahitur, quod alteri attribuitur. Denique per Simultanei innoxii introductionem ſubditi Catholici, ut paulo ſuperius oſtenſum fuit, non evadunt compoſſeſſores illius Exercitii, quod in anno decretorio ſoli Proteſtantes obtinuerant; neque verum eſt dicere, quod ſubditi Catholici partem illius Exercitii, quod ſoli Proteſtantes antea habuerant, obtineant, ſed novum noviter introductæ Religionis innoxium Exercitium acquirunt. In caſibus vero allatis ita omnino ſeſe res habet, quod alter, jus venandi, vel jus bonum Eccleſiaſticum poſſidendi commune & ſimultaneum prætendens, partem prætendat iſtius Juris atque boni; eo proinde, quod prætendit, obtento, verus cum diminutione prioris compoſſeſſor conſtitueretur.

XIV. Progreditur deinceps (IV.) idem AUTOR ANONYMUS in *Num.* 44. ſui Scripti ad §. I. P. immediate ſubſequentem, 26tum ſcil. Art. V., atque ex eodem hæc pro re ſua verba depromit: *Publicum etiam Religionis Exercitium idem maneat, quod quovis in loco dicto anno dieque uſitatum fuit, absque unius vel alterius partis impedimento.* Hoc ſane §pho de ſubditis Proteſtantibus, ſub Domino Catholico degentibus, deque eorundem publico Religionis Exercitio tractari, tum ex verbis hujus §. immediate antecedentibus, tum ex ipſis modo recitatis clare patet. Vult autem hic §., ut *idem Religionis Exercitium quovis in loco* maneat, quod in anno decretorio uſitatum fuit. Porro vero IDEM Religionis Exercitium non permaneret, ſi Dominus Territorii aliud, quod in anno Decretorio uſitatum non fuit, poſſet introducere;

neque ſufficeret, ſi ſaltem in eodem templo idem Religionis Exercitium relinqueretur, cum §. expreſſis præcipiat, ut non tantum in quovis templo, ſed *in quovis loco* idem Religionis Exercitium debeat remanere. Neque eo etiam vis ac intentio hujus §phi attingeretur, ſi eadem templa, ſcholæ, reditus, cœteraque annexa Exercitii Religionis Proteſtantibus ſalva relinquantur; quippe §. non tantum de annexis, ſed de ipſo Exercitio Religionis loquitur, dum inquit: *Publicum Religionis Exercitium idem maneat.* Dici profecto alias debuiſſet: Publicum Religionis Exercitium pro parte, ſive annexa Religionis Exercitii permaneant. Demum cum ex verbis hujus §phi illud tantum Religionis Exercitium remanere debeat, quod in anno decretorio uſitatum fuit, ſponte ſequitur, novum a Domino introduci non poſſe, hoc ipſo, quod in dicto anno uſitatum non fuerit; dici alias in verbis §phi debuiſſet, *quod dicto anno, dieque uſitatum fuit, aut impoſterum in uſum deducetur.*

XV. Hoc obmotum ut penitus evertamus, ſolam hujus §phi nobis oppoſiti diſpoſitionem accuratius obſervaſſe juvabit. Habet hic §., uti bene monet Henniges. *in ſuis Medit. ad Inſtr. Pac. hoc loco pag.* 307. *not.* (*a*) quatuor fere partes. *Prima* agit de bonis Eccleſiaſticis, quæ die prima Januarii anni MDCXXIV. Catholici realiter poſſederunt. *Secunda* de piis fundationibus, ubi dicto anno dieque Catholici & Proteſtantes promiſcue vixerunt. *Tertia* de Juribus, quæ aliis in iſtis piis fundationibus competere poſſunt. Et *Quarta* de oppignorationibus Imperialibus. Primam, tertiam, & quartam partem hoc loco plenius perluſtrare, extra ſcopum eſt.

ſe-

E ſecunda autem ſuum adverſus nos argumentum Autor deſumpſit. Sermo ibidem eſt de quibuſcunque piis fundationibus, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis, Hoſpitalibus &c., in quibus Catholici & A. C. addicti pari aut diverſo numero promiſcue vixerunt; ſanciturque, quod vivere etiam poſthac debeant promiſcue, numero prorſus eodem, qui die prima Januarii anno MDCXXIV. ibidem repertus fuit, & Exercitium Religionis in iſtis fundationibus, quas Catholici & A. C. addicti promiſcue viventes tenuerant, idem manere debeat, quod dicto anno dieque uſitatum fuit. Sermo igitur hic eſt de ſubditis diverſæ Religionis, qui jam anno decretorio non in pago aliquo aut oppido, ſed pia aliqua fundatione promiſcue vixerunt, & ſic plerumque jam promiſcuum ſive Simultaneum ſuæ Religionis Exercitium habuerunt; neutiquam vero de pago quodam ſive oppido, Statui cuidam Catholico ſubjecto, ubi ſoli A. C. addicti ſubditi vel vixerunt, vel ſaltem Exercitium ſuæ Religionis obtinuerunt. Proinde quamvis ex parte hic ſermo ſit de ſubditis A. C. addictis, ſub Domino Catholico degentibus, non tamen hic intuitu ſui Domini & Juris, quod ipſi adverſus eoſdem in negotio Religionis ratione Territorii & Superioritatis competit, conſiderantur (ceu adverſus quem, ſuo Jure Reformandi in præjudicium habitæ ſubditorum poſſeſſionis utentem, non tantum dies prima Januarii, cujus hoc §. diſerta fit mentio, ſed quæcunque anni decretorii pars utilis eſt) ſed ſpectantur intuitu cœterorum omnium, qui quocunque alio, quam Juris Reformandi, titulo agunt, contra quos ex poſſeſſione die prima Januarii ejuſdem anni Decretorii habita adeo in tuto collocantur, ut, quatenus promiſcue cum

Catho-

Catholicis in dictis piis fundationibus habitarunt, ſine turbatione aut expulſione habitent etiam impoſterum, & quatenus vel ſoli, vel ſimultanee & promiſcue cum Catholicis Exercitium Religionis ibidem eadem die habuerunt, idem etiam poſthac iis permaneat. Undecunque ergo hæc dicti §. 26. diſpoſitio conſideretur, illico apparet, quæſtionem hic non eſſe, an Dominus Territorii in quovis loco, hoc eſt, pago vel oppido, aut civitate, idem, quod in anno decretorio uſitatum fuit, Religionis Exercitium relinquere debeat, aut aliud ſuperaddere poſſit; verba enim hæc: *in quovis loco*, non de pagis, oppidis, aut civitatibus, ſed de quovis loco, antea in hoc §. recenſito, piis ſcilicet fundationibus, Eccleſiis Collegiatis, Monaſteriis, Hoſpitalibus &c. in quibus Catholici & Proteſtantes jam in anno Decretorio, ejuſdemque die prima Januarii promiſcue vixerunt, ſunt interpretanda. Id quod præter hactenus dicta luculentiſſime oſtendit ultimata Proteſtantium declaratio, in puncto gravaminum Legatis Suecicis die XXVII. Febr. anno MDCXLVII. exhibita, quæ cum duplici idiomate, Latino ſcilicet & Patrio, exarata fuerit, verba illa: *in quovis loco*, latine poſita germanice ita interpretatur, ubi: Auf welchen Mediat-Stiftern, Collegial-Kirchen, Clöſtern, Hoſpitalien ꝛc. aber anno 1624. den 1. Januar. Evangeliſche und Catholiſche zugleich geweſen, oder angenommen worden, ſoll es hinführo auch dabey ſein Bewenden haben, und bey ſolcher Anzahl; wie auch des Exercitii publici halber, als ſich ſolches anno 1624. den 1. Januar. an dergleichen vermiſchten Orten befunden, für und für verbleiben, und kein Theil den anderen hierinn Eintrag und Hindernus thuen. apud DE MEJERN. *Act. P. W. Tom. IV. pag.* 103.

XVI.

XVI. Quæ poſthæc (V.) Idem *Num.* 45. & ſeqq. in oppoſitorum hactenus confirmationem adjicit, hiſce ferme continentur: (1.) Si, repudiato anni normalis ſtatu, Jus Reformandi pro regula ac norma foret, fruſtra hic annus decretorius, normalis, & regulativus appellaretur; ſiquidem ad Jus Reformandi dirigi atque regulari deberet; unde potius annus regulandus, quam regulativus dici mereretur. (2.) Sicut Annus MDCXVIII. regula eſt reſpectu eorum, qui ex capite amneſtiæ reſtituendi erant; ita pariter annus MDCXXIV. intuitu illorum, quibus ex capite gravaminum Religionis reſtitutio fieri debet, regula ac norma dicendus erit. (3.) Si ipſi adeo Status inter ſe & erga invicem intuitu bonorum Eccleſiaſticorum ita obligentur, ut omnia eodem in ſtatu, quo die prima Januarii anni decretorii realiter poſſeſſa fuere, relinquant, atque attentatæ contra eum novationes quamprimum tollantur, omniaque in priſtinum ſtatum reponantur; quidni idem etiam Dominum inter & ſubditos intuitu Juris Reformandi, liberique Exercitii Religionis obtineat? Quæ de reliquo uſque ad *Num.* 52. obmovet, multumque exaggerat AUTOR, vel anacephaleoſis ſunt eorum, quæ hactenus jam expedita fuere, vel eorum ſaltem conſectaria, quorum alia, ad hanc equidem materiam pertinentia, jam ſparſim attigimus, alia ſequenti Capite, quo nobis de cœtera ſubditorum, qui nullum Religionis Exercitium anno Decretorio habuere, libertate atque tolerantia ſermo erit, attingemus, alia ceu huc impertinentia conſulto omiſimus. Facilis vero ad (1.) eſt reſponſio ex eo, quod id genus nomina: Annus normalis, decretorius, regulativus &c. nullibi in ipſa P. W. circa hanc præſertim, in qua modo verſamur, Juris Reformandi, & Exercitii Religionis materiam occurrant,

Cc quod-

quodque eadem, uſu tantummodo & appellatione Doctorum invecta, locum potiſſimum quoad bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutionem obtineant, cujus intuitu poſſeſſio in ſæpe ſato anno vigeſimo quarto, ejusdemque die prima Januarii habita normam atque regulam vere conſtituit. Quod deinde ad (2.) attinet, ſi præciſe de reſtitutione ſermo ſit, ultro concedimus, quod Autor hic opponit. Indubitatum enim nobis per expreſſa P. W. verba eſt, quod ſicut illi, quibus ex capite Amneſtiæ reſtitutio competit, ad poſſeſſionem anni MDCXVIII., ita pariter, qui ex capite gravaminum Religionis eandem poſtulant, ad poſſeſſionem anni MDCXXIV. reſtituendi veniant, proindeque ſicut reſpectu illorum annus decimus octavus, ita intuitu horum annus vigeſimus quartus, ibidemque die prima Januarii reſpective, vel qualibet anni parte habita poſſeſſio, normam *Reſtitutionis* ſpecialem conſtituat. Sic quando de Exercitio Religionis ſubditorum ea præciſe eſt quæſtio: An & quatenus deſtituti turbative in eam, in qua prædicto anno vigeſimo quarto fuerunt, poſſeſſionem ſint reſtituendi? fatemur equidem in vim obmotæ paritatis, ſubditos ſua hac poſſeſſione dejectos ad normam ejuſdem in anno ſupradicto habitæ reſtituendos eſſe; prorſus ſicut Status Imperii, ab altero in ſua, quam die I. Jan. ej. an. MDCXXIV. habuit, boni cujuſdam Eccleſiaſtici poſſeſſione turbatus, ad ejuſdem poſſeſſionis dicto die habitæ normam reſtitui debet. Verum illud conſtanter inficias, omnique argumentorum genere hactenus impugnatum ivimus, ſubditos hac ſua in poſſeſſione turbari aut deſtitui, ſi, ſalva eorum quoad Exercitium Religionis, annexaque, libertate, ſuæ pariter Religionis Exercitium in vim ſui Juris Reformandi Dominus ſuperinducere cogitet. Id, quod cum adverſarii deinceps in contentionem vocant,

non

non de facienda reſtitutione, ſed de prætenſo quodam præjudicio, ſubditis ex hoc uſu Juris Reformandi imminente, quæſtio vertitur, pro qua ſuperius obmota paritas, vim ſuam omnem in quadam *Reſtitutionis*, non *Juris Reformandi*, norma ac regula ſtabilienda exſerens, ſtringere nihil omnino poteſt. De hoc, Jure Reformandi ſcilicet, quoties in Inſt. Pac. ſermo eſt, nunquam de ejuſdem vel ex capite Amneſtiæ vel ex capite Gravaminum Religionis facienda reſtitutione agitur, neque ullibi pro eodem in anno decretorio ſive normali fundamentum, norma, aut regula ponitur, ſed unice ratione Territorii & Superioritatis ex communi hactenus in Imperio uſitata praxi per §. 30. Art. V. vindicatur. Et ſane Dominus, cui reſpectu ſuorum ſubditorum nunquam ratione Territorii, adeoque nec ratione Juris eidem annexi quæſtio in Tractatibus Pacis mota fuit, inter reſtituendos uno vel altero ex capite haud computari, proindeque nec ullus eidem terminus aut annus regulativus hac in re præſcribi unquam poterat. Ex quibus principiis ad (3.) ſat prona pariter fluit reſponſio. Nimirum Status inter ſe & erga invicem intuitu bonorum Eccleſiaſticorum erant reſtituendi; neutiquam vero Dominus Territorii intuitu ſuorum ſubditorum, inque eoſdem ſibi competentis Juris Reformandi; ceu quod ulterius, data ſubditis, ſecundum poſſeſſionem in anno decretorio habitam, libera Religionis ſuæ exercendæ facultate, nequaquam ſublatum, ſed ut a nemine deinceps impediatur, conventum fuit. Cum econtra, facta bonorum Eccleſiaſticorum, ad habitam in anno decretorio, ejuſdemque die prima Januarii poſſeſſionem, reſtitutione, omnes alii juſtæ etiam poſſeſſionis tituli uno veluti ictu ſublati fuerint. Unde nullam inter bonorum Eccleſiaſticorum reſtitutionem, & Jus Reformandi Dominorum

Digitized by Google

connexionem eſſe, hiſce apparet. Illa reſtituenda erant; opus ergo erat termino regulativo, ad cujus normam reſtitutio iſta fieret. Hoc vero nunquam inter reſtituenda numerari poterat; igitur pro eodem terminum regulativum atque normam ponere, neceſſe haud erat. Illi, Status ſcilicet Imperii, intuitu bonorum Eccleſiaſticorum normam reſtitutionis mutua conventione & transactione accepere; ergo eadem obligantur. Hi, Domini Territoriales, reſpectu ſui Juris Reformandi nec reſtitutionem, proin nec ejuſdem normam in §. 30. Art. V. inveniunt; igitur & eadem non poſſunt obſtringi.

XVII. In *Num.* 52. & ſeqq. (VI.) allegat Auctor §phum 1. Art. VII. I. P. W., quo diſerte cautum, ne Proteſtantes inter ſe, A. videlicet C. conſortes, & ſic dicti Reformati Jure Reformandi aliter, quam ad habendos ſecum & in ſua reſidentia, citra ſubditorum onus & præjudicium, Concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis, utantur. Verba §. hæc ſunt: *De Jure Reformandi inter utramque* (partem) *ita conventum eſt, ut ſi aliquis Princeps, vel alicujus Eccleſiæ Patronus poſthac ad alterius partis ſacra tranſierit, aut Principatum, aut ditionem, ubi alterius partis ſacra exercitio publico de præſenti vigent, ſeu jure ſucceſſionis, ſeu vigore præſentis Tractatus Pacis, aliove quocunque titulo nactus fuerit, aut recuperarit, ipſi quidem Concionatores Aulicos ſuæ Confeſſionis citra ſubditorum onus aut præjudicium ſecum atque in reſidentia ſua habere liceat. At fas ei non ſit, publicum Religionis Exercitium . . . immutare.* E quibus verbis talia in rem ſuam ratiocinia deducit. Ipſi adeo Proteſtantes (1.) inter ſe vigore citati §phi quoad ſuum Jus Reformandi ita ligatas manus habent, ut, ubi ſubditos habent, diverſæ, Proteſtanticæ tamen, Religioni cum Libertate Exercitii pub-

publici adhærentes, nonniſi Concionatores Aulicos in reſidentia ſua alere iis liceat; de cœtero vero jus illis faſque haudquaquam ſit, publicum Religionis Exercitium, quo prædicti ſubditi de facto gaudent, quovis modo immutare. Quid ni multo magis & a fortiori Domini Catholici intuitu ſuorum ſubditorum Proteſtantium hoc in genere ſint coarctati? Dici ſane nequit, (2.) peculiares iſtos favores ſpecialiaque emolumenta, de quibus ſoli inter ſeſe Proteſtantes intuitu ſubditorum pariter Proteſtantium hac Pace convenerunt, ad Status quoque Catholicos intuitu ſuorum ſubditorum, a Religione Catholica diſſentientium, extendenda eſſe. Diverſa enim (3.) utrorumque eo tempore fuit ratio. Illi, ſcilicet Status Proteſtantes, una cum ſubditis ſuis pariter Proteſtanticis, unius ejuſdemque, vel ſaltem non multum diſcrepantis Religionis eſſe cenſebantur. Hos vero, Catholicos nempe Status inter & ſuos ſubditos Proteſtantes, notum eſt, quam ingens fuerit quoad Religionem diſſidium atque diverſitas. Neque etiam Proteſtantes inter ſe bello adverſus invicem impliciti, ſed coadunati, unam adverſus Catholicos partem litigantem conſtituebant. Facile igitur fiebat, ut de certis inter ſeſe favoribus atque privilegiis Proteſtantes tranſigerent, in quorum tamen communionem Catholicos quoque admittere, ex modo dictis mens tranſigentium eſſe non poterat. Quæ cum ita ſint, quanto magis abſonum erit dicere, Domino Catholico in ſubditos diverſæ Religionis majores prærogativas conceſſas, pluſque Juris intuitu Exercitii Religionis indultum fuiſſe, ac Domino, quem inter & ſubditos quoad profeſſionem Religionis nulla vel ſatis modica diſcrepantia intercedit. Saltem (4.) Proteſtantes Domini claram pro ſe legis literam oſtendunt, ſibi concedentem, ut Concionatores

 tores

Digitized by Google

tores Aulicos ſecum atque in reſidentia ſua habere poſſint; quod cum Catholici nequeant oſtendere, nequidem hoc iis permiſſum, ſed præciſe ſtatum anni Decretorii retinendum eſſe, prone conſequi videtur.

XVIII. At vero, utut ſpecioſo ratiocinia iſta colore ſint incruſtata, eorundem tamen vim ſi cura paulo limatiore ad prævia Pacis Acta, erutamque inde totius rei, cum ſic dictis Reformatis in puncto ſuæ receptionis geſtæ, hiſtoriam (quam e CORTREJI *Obſerv. ad Pac. Rel.* & MEJERI *Actis P. W.* pluribus recenſet MOSER im Staats-Recht *Part. IX. pag.* 448. *ſeqq.*) examinemus, latentia ſphalmata haud difficulter detegere licebit. Nequit enim inprimis (ad 1.) cum hiſce omnibus conciliari illud, quod tantopere AUTOR urget, argumentum, a minori, uti vocant, ad majus procedens; modo perpendamus, quam ſollicite apud Confeſſioniſtas menſe præſertim Julio anno MDCXLVIII., repudiata illa, quam hi conceperunt, Articuli VII. formula, apud DE MEJERN *Tom. VI. pag.* 277. relata, ſic dicti Reformati inſtiterint, ut ipſis Jus Reformandi & introducendi Religionem ſuam æque ac Catholicis relinqueretur, „cum, uti verbis formalibus ajebant, nul„la ratio privata ſufficiens ſit, Statibus Reformatis ea Ju„ra, privilegia & beneficia adimere, quæ ad ipſos pub„lica Imperii Lege, *æque, ut ad Catholicos & Luthera„nos* pertinent &c.

Conf. Gegen-Vorſtellung deren Reformirten Geſandten auf die Churſächſiſche Vorſtellung *apud cit.* DE MEJERN *ibid. pag.* 283. *& ſeqq.*

Unde pariter (ad 2.) illius ſeſe falſitas inſigniter patefacit, quod de peculiaribus quibusdam hac in re favoribus & privilegiis, ratione quorum ſoli inter ſeſe Proteſtantes

ſtantes convenere, ad Catholicos haud extendendis, Auctor ulterius aſſerit. Næ enim miſeri ſint iſti favores, miſera privilegia, quæ ipſimet ſic dicti Reformati, uti ex modo dictis patet, reſpuunt, Jureque Reformandi, æque ac Catholici & A. C. addicti, uti malunt. Neque (ad 3.) plus roboris iſtud habet, quod ex identitate Religionis, Dominum inter & ſubditos intercedente, repetit ratiocinium; quin potius ex eadem contrarium deducere haud obſcure licet, ſiquidem hac ipſa ex cauſa Proteſtantibus inter ſe Jus Reformandi, quod inter Dominum & ſubditos, quoad Religionem diverſos latius ſeſe exerit, reſtrictum fuiſſe, e Tractatibus Pacis, conſtet.

Vid. DE MEJERN. *Act. P. W. Tom. VI. pag.* 240. *ibi.* Doch gab man Ihnen (denen ſogenannten Reformirten) dabey nicht undeutlich zu verſtehen, daß die Evangeliſche Lutheriſche Ihnen, denen Reformirten, das Jus Reformandi gegen die in Ihren Landen wohnende Evangeliſche Lutheriſche Vaſallen und Unterthanen dardurch keinesweegs einraumen würden, welches auch, wann ſie würcklich Mitgenoſſen, und *Conſortes A. C.*, wie ſie ſagten, ſeyn wollten, ohnmöglich ſtatt haben könne: weil ja niemand ſein eigene Religion, derer er beyzupflichten, oder welche er vor die ſeinige zu halten ausgebe, zu Reformiren pflege, ſondern das *Jus Reformandi* könne ſeiner Natur und Eigenſchafft nach nur gegen eine fremde Religion ausgeübt werden. Quod demum (ad 4.) de clara Pacis litera non ita pro re ſua Catholicis, ſicut Proteſtantibus ſuffragante, argumentum inſtituit, ex iis, quæ præcedente capite integro dicta fuere, expediri debet.

XIX. Refugium demum (VII.) quærit AUTOR *Num. fin.* ſui Scripti in famigerata illa clauſula: *Religione tamen Catholica Romana in locis reſtitutis in ſtatu, quo nunc*

eſt,

eſt, *remanente* , Art. IV. Pacis Ryſwicenſis adjecta, de qua jam ſup. Cap. III. §. XVII. quædam diximus. Eadem autem ad argumentum ſibi conficiendum ita utitur. Ipſimet Catholici hac clauſula videntur agnoſcere, prætenſum eorum Jus Reformandi firmo ſatis præſidio ex P. W. haud potiri. Quodſi enim eorum, de licita in vim iſtius Juris Reformandi Simultanei introductione, ſententia adeo, uti quidem affirmare contendunt, liquida & expedita foret, fruſtra certe & inutiliter Status Catholici dictam in ſui favorem clauſulam toties allegarent. Hac ſane opus haud eſſet, ſi tantis jamjam fundamentis Jus Reformandi Statuum, in Simultanei introductione ſeſe exſerens, per P. W. roboratum extaret. Longe præſtantiores prætenſi Juris iſtius effectus forent, atque illi ſunt, quos hac Ryſwicenſi clauſula, quæ non Status, ſed Regem Galliæ, concernit, neque contra Pac. Weſtph. ſanctionem prævalere poteſt, obtinere conantur. Ad diluendam hanc objectionem nolumus equidem operoſius modo diſquirere quæſtionem illam maximis perſæpe motibus jam agitatam: utrum prædicta clauſula ſuo valore ex eo potiſſimum non deſtituatur, quod mox, ut pridie ante Pacem ſolenniter publicatam in lucem prodiit, ſuis in continenti contradictionibus a Proteſtantibus excepta fuerit? Quam quidem quæſtionem poſterioribus ſuæ objectionis verbis Autor videtur attingere. Suppoſito potius aliunde hujus clauſulæ valore, ceu in quo etiam obmoti argumenti crinomenon haud verſatur, illud tantummodo contra aſſerta Autoris hic opponimus, oſtendimusque, plus hac clauſula favoris, quam Jure Reformandi per P. W. conceſſo, quoad loca tam *Proteſtantibus*, quam *Catholicis* Statibus in vim Pacis Ryſwicenſis reſtituta, datum fuiſſe. Nam quod *inprimis* loca *Proteſtantibus* re-

ſtitu-

ſtituta concernit, certum eſt, inter illa extitiſſe complura, quæ cum antehac Rex Galliæ occuparet, ſuoque Regno pleniſſime addiceret; ſacris, quæ hactenus in iiſdem ſolum viguere, Proteſtanticis Religionis Catholicæ Exercitium recens non tantum ſuperinduxit, ſed & reditus Proteſtantibus, quos in anno decretorio poſſederant, ademit, Catholicisque addixit; cumque in ejuſmodi locis duo plurave templa privative haberent Proteſtantes, his exturbatis unum Catholicis conceſſit; quin & ſi unicum tantummodo adfuerat, cum Catholicis illud participari, ſimultaneumque Religionis utriusque Exercitium vigere ibidem juſſit. Ditionibus vero hiſce per Pacem Ryſſwicenſem Domino Proteſtantico reſtitutis, iſte ſane in vim ſui Juris Reformandi hæc omnia rurſus abolere, ſolumque ſuæ Religionis Exercitium relinquere potuiſſet, niſi adjecta fuiſſet dicta clauſula, vigore cujus Religio Romano-Catholica in præfatis locis reſtitutis *in eodem, quo nunc eſt, ſtatu* debuit manere. *In ditionibus* pariter *ad Dominos Catholicos iſta Pace reverſis*, hi equidem remota hac clauſula in vim ſui Juris Reformandi ſimultaneum ſuæ Catholicæ Religionis Exercitium, antehac per Regem Galliæ introductum, tueri ſervareque potuiſſent, templa tamen redituſque ereptos, in quorum notoria poſſeſſione anno decretorio Proteſtantes fuerant, reſtituere, Catholicis autem exſtruere nova, reditusque aſſignare novos in vim §§. 31. & 32. Art. V. juxta ſuperius dicta debuiſſent. Quæ vero clauſula, poſtquam adjecta fuit, præter Exercitium Religionis templa pariter bonaque, quæ facta reſtitutione in manus Catholicorum devenere, iiſdem erant relinquenda, quamvis in anno decretorio a Proteſtantibus poſſeſſa forte fuiſſent. Mirum igitur non eſt, quod Status Catholici hac ex Pace Ryſſwicenſi reſtitutionem obti-

Digitized by Google

nentes (cæteros enim, quibus hic nulla reſtitutio fieri debuit, dictus Pacis Articulus una cum inſerta clauſula minime concernit) non tam ad Jus Reformandi, ex P. W. ipſis competens, quam ad ſæpedictam clauſulam provocarent, ſiquidem tam notabiles illius præ Jure Reformandi, ultra contraque §. 31., ex hactenus dictis ſint effectus, ut tanquam ſuperflua ac inutilis nullo prorſus modo haberi queat. Verum poſito etiam, non conceſſo, quod dicta clauſula plus effectus, ac Jus Reformandi, non habeat; dici tamen exinde haud poterit, eam eſſe fruſtraneam, minusque neceſſariam, aut Catholicos Status metus cauſa, ac ſi de ſuo Reformandi Jure per P. W. haud ſatis ſecuri fuiſſent, demum impetraſſe, ea ut clauſula Paci Ryſſwicenſi adjiceretur. Præterquam enim, quod ex luculento Legatorum Suecicorum, qui tanquam Mediatores compoſitioni pacis intererant, teſtimonio conſtare omnino debeat, quantam Catholici ac Cæſarei inprimis operam, renuentibus tamen ſemper Gallis, adhibuerint, hæc ut clauſula omitteretur; nimia porro cautela, quæ forte hujus inſertione clauſulæ adhibita fuit, ut ſic alio adhuc obice, quemadmodum MASCOVIUS inquit *Princ. Jur. pub. Lib. VI. Cap. II. pag.* 393. Catholicis ſua cauſa firmaretur, nocere hic eo minus poterat, quo manifeſtius eo ipſo tempore, quo de hac Pace conſultaretur, novo quodam Scripto contra Simultaneum oblato, evadebat, quantis ſeſe motibus Statuum hac in parte Juribus, in P. W. fundatis, Proteſtantes noviter, & reaſſumptis quaſi viribus, de facto opponerent.

XX. Atque hæc propemodum ſunt omnia, quibus ſolida Catholicorum de juſta licitaque Simultanei introductione Doctrina in ſæpefato Scripto: Ungrund des *Simultanei*, tanquam minus fundata impugnatur, rejiciturque. Ad

quæ

quæ vero ſingula cum noſtras in præſentiarum reſponſiones ſigillatim ſubjunxerimus, an non in ipſa hujus Scripti allegata hæc doctrinæ minus, imo minime fundatæ nota jure meliori recidat, facile erit dijudicatu. Hiſce tamen quoniam nonnulli Recentiores ex aliis I. P. §§phis quædam adhuc velut in Supplementum addidere, paucis & ea hic perſtringere, e re viſum fuit. Sunt nimirum (VIII.) qui pro ſe §. 23. Art. V. adducunt, atque dum in ea verba: *Exercitium vero Religionis in mixtis Epiſcopatibus ita reſtituatur, & permaneat, uti & quatenus id anno MDCXXIV. palam receptum permiſſumque fuit*: incidunt; ex iiſdem tuto confidenterque inferunt; ergo neque Dominus Catholicus ejuſdem Religionis Catholicæ Exercitium palam recipere, neque illud permanere ibidem poteſt, ubi in prædicto anno decretorio palam receptum permiſſumque non fuerat. Verum, pace eorum dixerim, verſantur iſtiusmodi in erroneo prorſus ſuppoſito, mixtorum Epiſcopatuum nomine hic intelligi eos omnes, in quibus ſubditi diverſæ ſunt Religionis, ſive deinde utraque pars, ſive una tantum ejuſdem Religionis ſuæ Exercitium publicum habeat. Hoc autem ſi ſe ita haberet, nullus revera in tota Germania Epiſcopatus foret, qui mixti nomine cenſendus non eſſet, quod tamen, hoc aliisque Art. V. I. P. O. §§phis curatius inſpectis, a vero prorſus alienum eſt. Quid? quod ipſe

Henniges. *in ſuis Medit. ad I. P. Art. V. hoc* §. 23. *pag.* 191. *not.* (*p.*)

non dubitat aſſerere, ſibi certum eſſe, ab hac ſubditorum mixtura atque diverſitate Epiſcopatum mixtum dicendum haud eſſe. Propius igitur vero accedimus, dum mixtorum Epiſcopatuum nomine Eccleſias Cathedrales intelligimus, in quibus Canonici diverſarum Religionum aſſe-

clæ ex præſcripto Pacis ſunt admittendi, quales Lubecenſem, Halberſtadienſem, aliasque eſſe novimus. Id quod ſicut ipſo hujus §phi oppoſiti contextu, ita pariter aliis hujus Art. V. §§phis, factisque deſuper ipſorummet Proteſtantium in Tractatibus Pacis declarationibus aperte commonſtratur. Sine totum illud, quod paſſum oppoſitum antecedit, de Canonicis & Capitularibus die prima Januarii anni MDCXXIV. vel A. C. addictis vel Catholicis loquitur; & quod eundem immediate ſubſequitur, cavet, *ne ſupradictis omnibus vel eligendo, vel præſentando aliterve quicquam detrimenti creetur.* Quæ profecto Jura iſtiusmodi Capitulis, Eccleſiis, aliiſque Collegiis tantummodo propria ſunt, & fere ſingularia. In §§. 16. & 18. ejuſd. Art. V. itidem de Epiſcopatibus mixtis ſermo fit, atque priore quidem hiſce verbis: *IN EPISCOPATIBUS & Eccleſiis, in quibus Catholicis & A. C. Ordinibus MIXTA JURA admittuntur*, &c. poſteriore vero: *In MIXTIS vero ex utraque Religione ſeu EPISCOPATIBUS, ſeu aliis locis immediatis precibus primariis præſentatus non gaudeat, niſi &c. &c.* Hic tamen nonniſi Eccleſias & Capitula, non vero integras Diœceſes & Territoria intelligenda, proindeque mixturam non a diverſitate ſubditorum, ſed Canonicorum petendam eſſe, ſicut ex ipſa ſubſtrata horum §§. materia & objecto naturaliter profluit, ita indubitatius e factis deſuper, durante Tractatuum negotio, Proteſtantium Declarationibus dignoſcitur. Quodſi enim jam aliquoties allegatam illam declarationem, quam in puncto Gravaminum Proteſtantes Legatis Suecis die XXVII. Febr. anno MDCXLVII. latine & in vernacula exhibuere, in utroque Idiomate conferre pauliſper libeat, rem ex ipſa Compaciſcentium mente evolutam habebimus, dum mox recitata verba: §. 18. Art. V. *in mixtis vero ex utraque Religione*

Digitized by Google

ligione Epiſcopatibus &c. germanice ita ibidem efferuntur: Wo aber beyderley Religion Canonici anno 1624. den 1ten Januarii vorhanden geweſen ꝛc. atque is ipſe, qui nobis hoc loco controverſus eſt, §. 23. hiſce exhibetur: Mit dem Exercitio Religionis aber ſoll es in ſolchen vermiſchten Stifftern ſeine Bewandnus haben, wie es anno 1624. ſich befunden. Quapropter in conventu Deputationis Francofurti anno MDCLV. Catholici optime hanc in rem dixere: Was mixti Epiſcopatus ſeyn, das iſt in Inſtr. Pac. Art. V. §. IV. 16. illis verbis: *Sicut etiam pariter in Epiſcopatibus & Eccleſiis, in quibus Catholicis & A. C. Ordinibus mixta Jura admittuntur &c.* genugſam erläuteret, daß es nemlich allein in dem beſtehe, wo die Capitulares & Canonici zweyerley Religionibus zugethan ſeynd ꝛc. und iſt hiebey ſonderlich auch dieſes in obacht zu nehmen, daß wenn dieſes pro Epiſcopatibus mixtis ſolte gehalten werden, in welchen etwan in einer darunter gehörigen Stadt, Schloß, Dorf, oder Weyler ſich zweyerley Religion befinden, daß ſolchergeſtallt alle Ertz- und Bißthum im Reich teutſcher Nation pro mixtis gehalten werden müſſen, ſo jedoch niemahlen in quæſtione geweſen, es auch die Catholiſchen Erz- und Biſchöffe nimmermehr nachgeben könnten, dörfften, noch ſollen.

Conf. LONDORP. *Tom. VII. Lib. II. n.* 32. *pag.* 1075.

XXI. Quid ſibi jam §. in quæſtionem adducti diſpoſitio velit, facile eſt ex hiſce probe notatis colligere. Vult nimirum, ut publicum Exercitium Religionis intuitu Eccleſiarum Cathedralium & Canonicorum reſtituatur, & permaneat, uti & quatenus in anno decretorio palam receptum, permiſſumque fuit, non vero intuitu integrarum Diœceſeon & quorumcunque ſubditorum. Aliud

proinde in mixtis Epiſcopatibus reſpectu Canonicorum placuit, aliud ratione ſubditorum, quibus ſi ea omnia, quæ per modum exceptionis a regula in §. 30. Art. V. tradita pro ſuæ Religionis Exercitio ejuſdemque annexis §. 31. ibidem obtinuerunt, intemerata relinquantur, de reliquo Principi impedimento eſſe nequeunt, quominus Jure Reformandi utatur. Quod idem, quamvis alias in poteſtate Canonicorum conſtitutum haud ſit; (ſiquidem, ut §. 1. Art. VIII. loquitur, a nemine Dominus in Juris, quod ipſi ratione Territorii circa negotium Religionis competit, exercitio ſit turbandus, impediendusve) majori tamen, præ reliquis ſubditis, favore atque prærogativa hoc loco digni cenſebantur, eo potiſſimum ex capite, quod unum cum Epiſcopo ſuo corpus conſtituant, illoque defuncto, uſque dum alius eligitur, ſicut totius Juris Territorialis, adminiſtratio, ita & Juris Reformandi Exercitium ad eoſdem pertineat. Quæ ſane omnia in cœteris ſeſe ſubditis longe aliter habere, perſpicuum eſt. Quandoquidem vero ſolos Canonicos in Epiſcopatibus mixtis a communi merorum ſubditorum ſorte atque conditione eximere hoc loco eatenus placuit, ut intuitu eorum Jus Reformandi exerceri haud poſſet, ſed ſtatus anni decretorii quoad Exercitium Religionis integer ac inviolatus remaneret; id ad reliquos pariter ſubditos promiſcue & generatim extendendum haud eſſe, longe efficacius exinde concludimus, cum ſpeciali unius caſus exceptione, in reliquis non exceptis regulam firmari, oppido ſit notorium.

XXII. Sed hoc ipſum argumentum eſt, quod adverſus nos detorquere conantur alii provocantes hunc in finem (IX.) ad §. 27. Art. V., quem tanto ſibi fortius

tius aſſiſtere credunt, quanto magis ipſum adeo HENNIGESIUM, noſtris quidem alias partibus adhærentem, hac tamen in re ſibi conſentientem habent. Hic enim, dum in ſuis *Meditationibus ad Inſtr. Pacis* hoc §pho ad illa verba devenit: *Domino quidem directo* Territorium oppignoratum reluenti) *liberum eſſe debet, in hujusmodi terras oppignoratas, ad ſe reverſas ſuæ Religionis Exercitium publice introducere. Incolæ tamen &c.pag.* 331. (*not. u.*) hunc in modum diſcurrit: „Ex hoc loco argumentum „haud quaquam contemnendum deſumi poteſt contra „illam Catholicorum opinionem, qui contendunt, Do„mino Territorii vi poteſtatis Territorialis & Juris Re„formandi facultatem eſſe, ſuo in Territorio, vel diti„one, ubi anno MDCXXIV. Catholicæ Religionis Ex„ercitium non viguit, illud publice introducendi, dum„modo ſubditos eo in ſtatu ſuæ Religionis ſine turbatione „& impedimento relinquat, quo ipſi etiam prædicto an„no fuerunt. Nam ſi Jure Territoriali indiſtincte hæc „poteſtas competit Statibus Religionis alienæ introdu„cendæ; non opus erat, ut hac de re ſpeciali placito ſta„tueretur, cum Lex generalis ſuffeciſſet. Quia autem „hoc §. multa alia præcipua circa Religionem data ſunt „Debitoribus bona ſua oppignorata reluentibus, quæ a „communi regula deficiunt, ad illa merito etiam referi„mus libertatem introducendi Exercitii ſuæ Religionis, „eamque veluti exceptionem conſideramus, quæ regu„lam in caſibus non exceptis firmat magis, quam in„fringit. Nam ſi ex ſpeciali ratione Domino pignoris „liberum eſt, in ejusmodi terras oppignoratas ad ſe re„verſas ſuæ Religionis Exercitium publice introducere; „ſane aliis in locis idipſum Dominis Territorialibus „liberum non erit. Quemadmodum ex adverſo con-

„clu-

„cludimus, quia hic incolis & ſubditis proſpicitur, ne „migrare, aut ſuam Religionem deſerere cogantur; alios „ſubditos, qui neque publicum neque privatum ſuæ Re„ligionis Exercitium anno MDCXXIV. habuerunt, jux„ta §. inferiorem 36. ad emigrandum, ſi mutare Reli„gionem noluerint, juſſu Domini Territorialis adigi „poſſe. „

Conf. etiam Beleuchtung eines drittens über die Anmerckungen den Dierdorffer Cloſter-Bau betreffend 1755. *pag. 5. §. 6.*

XXIII. Non diffitemur hic equidem, diſſentire a nobis hoc in puncto HENNIGESIUM zeloſum alias noſtrarum partium adverſus neoterica Recentiorum Proteſtantium principia defenſorem. Sed qua is ratione omnem contradictionis notam evitare velit, haud ſatis diſpicimus; niſi in eo forte ſit excuſandus, quod, quia præſertim diſtinctis & interpolatis vicibus ſuas haſce meditationes luce publica donavit, neotericis primum in hoc §. 27. principiis imbutus, mentem deinde ad fundatiora mutaverit, cum ad §§. 30. & 31. easdem ſuas meditationes lucubraret. Verum de hoc quidquid ſit, noſtrum modo eſt, totam rei circa hunc §. 27. geſtæ ſeriem ex Actis Tractatuum P. W. ſolertius perluſtrare, ex eaque inconcuſſe oſtendere, nihil hic peculiare & per modum exceptionis quoad materiam & negotium Religionis in favorem Dominorum, Territoria oppignorata recuperantium, diſpoſitum fuiſſe; ſed quidquid ſpeciale & præter communem regulam ibidem habetur, id unice ad ſubditos pertinere, ceu qui ex hoc §. 27. cogi non poſſunt, ut emigrent, aut ſuam, quam ſub priori Poſſeſſore hujuſmodi Terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religio-

ligionis Exercitio cūm reluente Domino trānſigant. Et ſane, ſi unquam alias, hoc certe Pacis loco, cum negotium Tractatuum deſuper ferveret, inter duos Juris Reformandi effectus atque characteres apprime diſtinguebatur. Primus, qui in facultate Religionem ſuam introducendi conſiſtit, hac occaſione in diſceptationem nunquam vocabatur. Adeo nimirum indubitata utrique Compaciſcentium parti erat regula Territorialis, in vim cujus Domino Territorii liberum atque proprium eſſe debet, ut in quavis Territorii ſui parte ſuæ Religionis Exercitium queat introducere. Atque proinde cum in congreſſu, Cæſareos Legatos inter ac Proteſtantes die XXIX. Martii anno MDCXLVII. inſtituto, VOLLMARUS Legatus Cæſareus ſuæ id declarationi insereret, quatenus hoc §. 27. apertius atque diſtinctius exprimeretur, liberum eſſe debere Domino Territorii, ſuæ Religionis Exercitium in hujusmodi terras oppignoratas ad ſe reverſas publice introducere; nihil adeo cunctabantur Proteſtantes, ut potius *Deſignationi Correctionum* ad Catholicorum Declarationem de die X. April. ejusd. anni luculentiſſimis id verbis insererent, quin tamen vel verbo adnotarent, ſe per modum exceptionis Statibus, Territoria ſua reluentibus, hoc indulgere.

Conf. DE MEJERN. *Act. P. W. Tom. IV. pag.* 164. *& pag.* 209.

Unde non tantum omni prorſus fundamento deſtitutum apparet, quod ſupra.citat. HENNIGESIUS ait, in vim ſpecialis exceptionis Domino pignoris ſuæ Religionis publicam introductionem liberam eſſe; ſed neque illud diſcerni ex hoc §. poteſt, quænam nimirum ſint illa multa alia præcipua a communi regula deficientia, quæ circa Religionem

Dominis, pignora ſua reluentibus, hoc loco data fuiſſe dicuntur. Secundus igitur Juris Reformandi effectus, qui facultatem diſſentientis Religionis ſubditos expellendi importat, unice erat, qui acrioribus utrinque ſtudiis hic loci agitabatur. Proteſtantes namque ſæpe ſæpius contendebant, ut ſubditis poſſeſſio in anno decretorio habita pro obtinendo publico Religionis ſuæ Exercitio hic quoque ſuffragaretur, non attento, an Territorium Domino proprium, an oppignoratum fuerit.

Vid. DE MEJERN. *Act. P. W. Part. III. pag.* 428. *Part. IV. pag.* 29. 93. *&* *alibi.*

Quibus vero toto ſeſe animo opponebant Catholici, nolebantque Religionis Exercitium adverſus Dominum reluentem ſubditis concedere, eo quod res oppignorata poſt reluitionem non gravata, ſed libera ad Dominum redire debeat. Et quamvis Legati Cæſarei *in formula Pacis* ab ipſis compoſita, Legatisque Suecicis die XIV. Maji anno MDCXLVII. exhibita, Art. IX. ſe eo declararent, ut *Incolæ & ſubditi ſuam, quam ſub priori poſſeſſore hujuſmodi terrarum oppignoratarum amplexi fuerant, Religionem deſerere non cogantur, ſed illius liberum Exercitium ipſis permittatur;*

Conf. DE MEJERN. *Act. P. W. Tom. IV. pag.* 540.

nolebant tamen Catholici reliqui illis eo conſentire, ut ſibi tolerandi publici ſubditorum Exercitii neceſſitas hoc in caſu imponeretur. Quam ob rem ut inter duo, quibus a ſe invicem Catholici & Proteſtantes diſſidebant, extrema medium demum quoddam ſeligeretur, in Pacis Inſtrumento eo conventum fuit, ut ſubditi quidem migrare, aut diſſentientem ſuam a Domino Religionem deſerere

rere

rere non cogantur, contra ac ſubſequens §. 36. hujus Art. V. diſponit. Interea tamen de publico ejuſdem Exercitio inter hoſce ſubditos & Dominum reluentem tranſigatur; quo in puncto itidem a §. 31. conſtitutione receſſum fuit, veluti quo ſubditis ex poſſeſſione in anno decretorio habita publicum vel privatum Religionis Exercitium impoſterum retinendum decernitur. Quod igitur hi ſubditi migrare non teneantur, in hoc ſunt melioris conditionis, quam alii ſubditi, qui neque publicum neque privatum Religionis Exercitium anno MDCXXIV. habuere; his enim imperari poteſt, ut emigrent, veluti §. 36. mox citato diſpoſitum eſt; & in eo, quod ratione Exercitii Religionis publici tranſactioni locus detur, ſunt conditione deteriores illis, qui juxta relatum §. 31. in poſſeſſione Exercitii Religionis anno decretorio habita, citra omnem imminutionem, ſecluſaque quavis, quæ uno alterove dato remiſſoque perficitur, tranſactione, ſubditis non æque pingui, ſunt relinquendi. Atque in hoc totum eſt, quod circa Religionem ſpeciale ac præcipuum hoc in §. conſtitutum fuit. Illud autem omne ſolos ſubditos, nullatenus reluentem Dominum concernere, prorſus in aprico eſt, ut adeo illa, quam ſuperiori §. recitatus Hennigesius in fine ſui argumenti ſubditos inter & Dominum reluentem inſtituit, paritas penitus evaneſcat.

XXIV. Sunt tandem (X) alii, qui §. 43. Art. V., velut noſtro ſyſtemati ex mente ipſorum contrarium, producunt, ceu quo clare diſpoſitum legitur, ut *in iis locis, ubi Catholici & A. C. Status ex æquo Jure Superioritatis fruuntur, tam* ratione publici Exercitii, *quam aliarum rerum Religionem concernentium* idem Status maneat, *qui fuit anno dieque ſupradictis.* Confidenter ex

hiſce inferunt novum Religionis Exercitium a Domino introduci non poſſe, quod idem anni normalis ſtatus juxta relata etiam ratione publici Exercitii remanere debeat. At, ſi vel obiter, & minus penſiculate obmotum §. examinemus, ſequelæ inde deductæ infirmitas, factaque penitus extra præſentem ſcopum ejusdem oppoſitio non poteſt non vel primo intuitu in oculos incurrere. Inprimis enim caſus totius §. ſpecialis eſt, quo duo diverſæ Religionis Condomini in eodem Territorio ex æquo Jure ſuperioritatis fruuntur. Nequit igitur facta circa illum diſpoſitio applicari caſui noſtræ Quæſtionis, quo de Jure unius tantum Domini, reſpectu diverſæ Religionis ſubditorum, agitur. Præterea vult prædictus §., ut tam ratione Exercitii Religionis, quam aliarum rerum religionem concernentium idem ſtatus maneat, quatenus nimirum inter ipſos Condominos de iſtis controvertitur, non vero quatenus iſta intuitu ſubditorum conſiderari debent. Hoc enimvero quemadmodum ex ipſo hujus §. objecto clare conſtat, ita ulterius ex generalibus illis §§. VII. & VIII. ſuperius notatis principiis indubitate eruitur. Quippe anni vigeſimi quarti, ejuſdemque diei primæ Januarii diſerta fit mentio, quod infallibile ſignum eſſe diximus, non inter Dominum & ſubditos, ſed inter Conſtatus rem agi. Neque vero obſtat, quod de Exercitio Religionis ſpecifice §. loquatur, de quo non ita inter Condominos, quam ratione ſubditorum controverſia haberi debuit. Nam illud conſiderari dupliciter rurſus poteſt, prout ſcilicet Jus eſt, vel non eſt Domino, id introducendi; & prout libertas eſſe debet ſubditis, illud ex poſſeſſione in anno decretorio habita acquiſitum ſine turbatione poſthac & impedimen-

Digitized by Google

to exercendi. Hoc autem §pho, relatisque præſertim ejuſdem in Objectione verbis prioris tantummodo acceptionis rationem haberi, ſicut integer rurſus §phi contextus, quo de litibus inter Condominos vertentibus atque de mutuo circa ſimultaneum ſibi invicem contradicendi Jure unicus fere ſermo eſt, perſuadet, ita quoque verba immediate ſubſequentia: *quam aliarum rerum Religionem concernentium* (ceu quæ nimis generalia ſunt, quam ut de ſubditis intelligi queant) prorſus evincunt; ut adeo nec inconcinnus, nec infundatus obmoti §. ſenſus ſit, quod in iis locis, ubi Catholici & A. C. Status ex æquo Jure ſuperioritatis fruuntur, tam ratione publici Exercitii *a Domino introducendi*, quam aliarum rerum Religionem concernentium idem, qui anno dieque ſupra dictis fuit, ſtatus remanere debeat, adeo quidem, ut ſi unus tantummodo Condominus Jus Reformandi abſque contradictione in anno, dieque normali exercuerit, altero prioris prohibitioni, ne hoc pariter Jure utatur, acquieſcente; hic unus etiam eodem poſthac Jure, ſalva de cœtero ſubditorum poſſeſſione, uti queat.

XXV. Satisfecimus hiſce, ni nos omnia vehementer fallant, argumentis, ſi non omnibus, ſaltem potioribus, quæ adverſus doctrinam ſuperiori capite traditam adverſarii ſolent contorquere. Ad externam ea ſpeciem Leges Imperii, Pacemque potiſſimum Weſtphalicam præſeferebant. Intrinſecus vero nonniſi ad regulas convenientiæ erant compoſita, compendiis, privatiſque partium ſtudiis inſerviebant, a norma Legum Imperii fundamentalium, illorumque, quibus hæ ſuffultæ ſunt, principiorum, quam longiſſime deviabant, & quidvis aliud, quam veros atque genuinos harum legum ſignificatus

Digitized by Google

intendebant. Ad iſta convellenda eo potiſſimum incubuimus, ut verum harum ſenſum ex ſanis Hermenevticæ principiis & Actis potiſſimum Tractatuum præviis erueremus, ceu quibus tametſi nihil prius, nihilque antiquius vero cordatoque Pacis Weſtphalicæ Interpreti eſſe debeat, nullo tamen magis, quam horum fundamento Adverſariorum principia deſtituuntur. Eorundem Actorum nos atque Protocollorum ductu, ad tuenda pro virili Statuum Dominorumque Territorialium Jura, regiæ mediæque, ac a Majoribus noſtris Paci Weſtphalicæ propioribus calcatæ viæ inſtitimus, a qua, ut illa ad indignam & infimam ſubditorum conditionem deprimerent, in unum Adverſarii noſtri extremum deflexerunt; ſicut econtra in alterum ab hac noſtra ſententia diverſum extremum, ad ampliandam plus æquo eorundem Statuum ac Dominorum Territorialium auctoritatem videtur receſſiſſe noviſſime Auctor Anonymus, cujus opera annis abhinc aliquot varii Tractatus Ratisbonæ prodierunt, atque inter hos inprimis anno MDCCLVII. Tractatus, qui inſcribitur: Grund-Riß des ſogenannten *Juris Reformandi;* cui annexi ſunt bini alii Tractatus ſub Titulo: Zuſatz zu dem Grund-Riß des ſogenannten *Juris Reformandi;* Item Kleines Bau *Modele* nach dem vor etlichen Tägen dem *Publico communic*irten Grund Riß des ſogenannten *Juris Reformandi.* Quibus anno MDCCLVIII. junctæ ſunt quatuor aliæ Tractatiunculæ ſub Titulis: 1) Wahrer Begriff deren von einigen Proteſtantiſchen Scribenten ſchändlich verdreheten §§. 30. 31. *Art. V. P. W. &c.* 2.) Frage, ob ein Römiſch Catholiſcher Fürſt und Herr, welcher einen Evangeliſchen Fürſten und Lands Herrn *in Politicis* ohndiſpu irlich *ſuccediret* auch *vigore Inſtrumenti Pacis Weſtphalicæ Juriſdictionem Eccleſiaſticam*, wie der hohe Vorfahrer, oder *Anteceſſor*

ceſſor ſelbige gehabt, und *exerciret* hot, gleicherweis *in ſubditos A. C. exerciren* könne? 3.) Verdrehung des *nudi facti Poſſeſſionis anni Normalis* 1624. 4.) Gründliche Antwort auf die Einwürff wider den Haupt-Satz, daß ein vorher Proteſtantiſcher, hernach aber zur Catholiſchen Religion übertretten der Reichs-Stand das offentliche Religions *Exercitium* ſeiner Unterthanen *reformiren* könne. *&c. &c.* In omnibus nempe hiſce aliisque Tractatibus Anonymus Auctor publicum Religionis Exercitium, quod in §. 31. Art. V. ſubditis ex poſſeſſione in anno MDCXXIV. habita aſſeritur, illis tantummodo concedit, qui id ſub Domino Catholico Eccleſiaſtico, non vero ſæculari aut Proteſtantico obtinuerunt, ita quidem, ut Dominus Catholicus, qui in Territorio Proteſtantico hæreditario, aut alio quovis ſive lucrativo, ſive oneroſo Titulo ſuccedit, aut ſi Dominus A. C. addictus mutatis ſacris Religionem Catholicam amplectitur, non teneatur ſubditis ſuis A. C. addictis publicum Religionis Exercitium relinquere, utut iſtud anno MDCXXIV. ſub Domino Proteſtante habuiſſent.

XXVI. Recentiorem hanc, & antehac, quantum ſcimus, ineditam Doctrinam ut ſuis Auctor fundamentis corroboraret, ſedulam eo navavit operam, ut iſtam ex Actis Pacis publicis, atque ipſorummet Proteſtantium Protocollis, quæ in ſupra citatis Tractatibus utramque fere paginam conficiunt, demonſtraret, hiſce aliisque argumentis inde depromptis: (I.) Ipſi Proteſtantes, inquit, a tempore initæ Pacis Religioſæ uſque ad tempora concluſæ Pacis Oſnabrugenſis publicum A. C. Exercitium pro ſubditis non aliis, niſi iis poſtularunt, qui ſub Statibus Eccleſiaſticis degebant; quippe quibus vi prætenſæ declarationis Ferdinandeæ tale Exercitium deberi

beri, contendebant. In cujus confirmationem (II.) teſtem inprimis provocat Cancellarium Palatinum, ſic dictorum Reformatorum ſacris addictum, qui (cum circa medium ſæculi decimi ſexti, mortuo PHILIBERTO Marchione Badenſi Proteſtantico, Succeſſor ejus Catholicus PHILIPPUS publicum Religionis Exercitium reformaſſet, ſuisque ſubditis Proteſtantibus Miniſtrorum A. C. loco Sacerdotes Catholicos ad Inſtructionem præfeciſſet, ac deſuper Proteſtantes in Comitiis Ratisbonenſibus de anno MDLXXVI. ſua gravamina exhibuiſſent) apertis verbis declaravit, de reformato ſubditorum Proteſtantium Exercitio publico in hiſce gravaminibus plane non agi, ſed ideo tantum juſtas a Proteſtantibus moveri querelas, quod afflictis ſubditis ne ſuæ quidem libertas conſcientiæ relinqueretur.

Vid. LEHMAN. *de Pac. Relig. pag.* 129. 131. 133.

Atque dum deinde (III.) ad Tractatuum P. W. tempora progreditur, Proteſtantium Gravamina ſub finem anni MDCXLV. exhibita producit, in quorum gravamine III. pro ſubditis Proteſtantibus publicum A. C. Exercitium vi declarationis Ferdinandeæ, proinde pro ſubditis in Statuum Eccleſiaſticorum Territoriis degentibus poſtularunt.

Vid. Acta P. W. apud de MEJERN. *Tom. II. pag.* 326.

Neque alia (IV.) inquit, mens Proteſtantium fuerat, cum ad evitandas infinitas tricas, controverſias, & difficultates, quas a Catholicis, qui Declarationem Ferdinandeam pro genuino FERDINANDI Decreto nunquam agnoverunt, ſibi obmotum iri, facile intelligebant, a dicta declaratione nominetenus abſtrahere, in Conſultationibus in puncto

ꝺto Gravaminum die XVIII. Julii MDCXLVI. inter ſe habitis decreviſſent. Id quod manifeſte præprimis declarat votum Legati Brunſuico - Luneburgici, qui ibidem libere edixit, unicum poſtulati ſui de Exercitio ſubditorum fundamentum in Declaratione FERDINANDI conſiſtere, & alios terminos habiles non adeſſe. Cum vero hujus Declarationis valorem adverſus Catholicos tueri, res plena periculo eſſet, quin ſperare unquam liceret, fore, ut Proteſtantes hac in parte quidquam contra Catholicos proficerent; hinc omnia Proteſtantium conſilia eo eſſe conferenda, ut in futuris conferentiis cum Catholicis inſtituendis ab explicita Decreti Ferdinandei mentione omnino abſtineretur, & pro obtinendo ſubditis A. C. addictis Religionis Exercitio aliud fundamentum æquipollens inveniretur, quo Catholicorum aures & animi minus offenderentur.

Vid. DE MEJERN *Act. P. W. Tom. III. pag.* 243. ibi: Braunſchweig - Lüneburg.

Quibus (V.) omnino conforme, imo clarius eſſe dicit votum VARENBÜLLERI, Comitum Franconicorum inter Tractatus P. W. Legati, in Seſſione publica de die XX. Julii MDCXLVI. in puncto Gravaminum habita datum, quo nudis verbis declaraverat, principium ab ipſis Proteſtantibus adoptatum, & in Pace Religioſa maxime fundatum eſſe, quod Jus Reformandæ Religionis Juri Territoriali debeat eſſe annexum; huic autem Regulæ aperte contraveniri, ſi Statui A. C. addicto, qui relictis Proteſtantium caſtris ad ſacra Catholicorum tranſit, aut ſi Statui Catholico, cui quocunque demum titulo Territorium Proteſtanticum accreſcit, manus adeo ligarentur, ut in proprio Territorio reformationem ſuſcipere haud poſſet. Di-

ctæ itaque Regulæ maxime conforme eſſe, & principia ab ipſis Proteſtantibus inventa exigere, ut ejuſmodi Statuum nullus in tali caſu ad tolerandum in propriis ditionibus publicum adverſæ Religionis Exercitium cogi queat.

Vid. DE MEJERN *Act. P. W. Tom. III. pag.* 251.

Addit demum (VI.) clarum Legatorum Cæſareorum elogium, qui cum XXII. Januarii anno MDCXLVIII. cum Legatis Civitatum imperialium de punctis Tractatuum adhuc reliquis conferrent, ita loquebantur: Was 4.) die Autonomiam, und derſelben erſtes Membrum anlange, wüſte man ſich ſelben zu berichten, daß die weltliche Catholiſche Chur- und Fürſten keine Evangeliſche Exercitia in ihren Landen haben; die Geiſtlichen wären bereits dahin behandelt, daß ſie ermeldte Exercitia in dem Stand des 1624ten Jahrs continuirlich laſſen wolten.

Vid. DE MEJERN. *Act. P. W. Tom. IV. pag.* 920.

Quæ cum ita ſint, concludit Anonymus Auctor, Summi Paciſcentes Catholici inter Tractatus Pacis Weſtphalicæ tam ſtolidi, Jurium ſuorum tam prodigi, & in avitam Religionem tam injurii fuerint, ut in re hac ſumme ardua, & tantis animorum motibus utrinque agitata, Proteſtantibus plus conceſſerint, atque ipſi vel poſtulare auſi fuerunt.

XXVII. Hæc cæteraque Autoris Anonymi argumenta, quæ ſtrictim huc referre placuit, ſicut nec noſtra facere, ita nec data opera refutare animus modo eſt. Quemadmodum vero illa animos Proteſtantium haud parum offendêre, adeo quidem, ut Ratisbonæ a nonnullis

lis

lis Statuum Proteſtantium Legatis tanquam neoterica, reverentiæ ſupremorum Statuum Miniſtris debitæ inimica, in ipſo Comitiorum loco typis edita oblataque, publicæ proin tranquillitatis paçisque turbativa in conſeſſu ſpeciali apud Legatum Saxonico-Electoralem die XXIX. Aug. A. MDCCLIX. habito notarentur; ita viciſſim ipſimet judicent expendantque, annon eadem plane decempeda eorum, quæ hactenus excuſſimus, principia, in ſuprafatis Scriptis edita, a Catholicis juſte ſint commenſuranda. Neoterica illa Auguſtiſſimus Imperator ipſemet in Decreto de anno MDCCXX. ſupra Cap. III. a nobis relato edixit, & quidni? cum contra unanimem ferme non tantum Catholicorum, ſed & ipſorum adeo Anteceſſorum Proteſtantium ſententiam, velut contra torrentem effluerent. Literæ, Hiſtoriæ, Actisque Pacis adverſantia ea demonſtrare, hoc opus, hic labor in præſentiarum fuerat. In eodem illa publico Comitiorum loco, tecto pariter, quod & in præmiſſis Anonymi libellis incuſabant, Autoris nomine edebantur non tantum, diſtribuebanturque; ſed ipſis adeo Univerſitatibus, Cæſareis privilegiis ornatis munitisque, publice tradenda docendaque normæ inſtar injungebantur; quin & unitis hactenus viribus ſtudiisque obtrudebantur, cum econtra hæc unius alteriusve Catholici principia, Actorum Tractatuumque præviorum præſidio non penitus, uti illa Proteſtantium, vacua, vix unum e Catholicis, qui ſua hæc, & propria ex propoſito faceret, Defenſorem, multominus communem aliquam omnium receptionem, affectatam vero authoritatem quam minime obtinuerint. Unde æquo cuilibet æſtimatori diſcernendum relinquimus, utra pars juſtos moderationis limites plus altera exceſſerit, & in

quam fundatiores turbatæ pacis, incenſarum litium, violatæque comis ac pacificæ cohabitationis querelæ, ſi poſthac propugnati hactenus Antiſimultanei ſyſtemati pertinacius inſiſteretur, recidant.

CAPUT VI.

De Tolerantia, cœteraque ſubditorum, qui anno MDCXXIV. nullum Religionis Exercitium habuerunt, libertate concludit.

SUMMARIA.

I. *Methodi & Ordinis ratio redditur.*

II. *In Tractatibus ipſis Pacis Weſtphalicæ ſubditi, Exercitio quodam Religionis ſuæ potiti, a reliquis, eo deſtitutis, ſollicite diſtincti fuerunt;*

III. *Diverſis tamen utriusque partis compaciſcentis, Catholicorum videlicet, & Proteſtantium, ſtudiis.*

IV. *Ulterius Proteſtantes inter ſubditos quoque Exercitio deſtitutos ex diverſo receptionis tempore diſcrimen alterum aſſignabant, jam tum ſcilicet receptorum, & poſthac recipiendorum.*

V. Salvius *Legatus Suecicus alterum ſubditorum eorundem diſcrimen, ex diverſo profeſſionis aut mutationis Religionis tempore petitum, temperamenti loco ſuggeſſit, non magis tamen a Catholicis admiſſum.*

VI. *Ceſſerunt autem Proteſtantes minorem mutationis Religionis terminum, ſemeſtrem videlicet a publicata Pace aſſignando ad effectum tolerantiæ perpetuæ, & a neceſſitate emigrandi ſecuræ, quam aliis, modo poſt ſpatium ſe-*

me-

meſtre Religionem a Domino diverſam amplexuris, injungi a Domino permittebant.

VII. *Cæſarei viciſſim ſubditis A.C. addictis, actu tempore concluſæ Pacis in Territoriis Catholicorum degentibus, emigrationem neceſſariam remiſerunt, necdum tamen acquieſcentibus Proteſtantibus.*

VIII. *Qui tamen & ipſi dein ſolum hoc ſubditorum, jam tempore Pacis concluſæ A.C. profeſſorum, & poſtea profeſſurorum, diſcrimen cum termini tamen emigrationis ad XV. annos prorogatione acceptarunt.*

IX. *Contradicentibus mox Statibus reliquis Catholicis, eorumque Legatis.*

X. LAMBERGII *propoſitio, quatuor Civitatum Miſſis circa tres Autonomiæ gradus facta, recenſetur.*

XI. *Cui penitus contradixerunt Declarationes ultimæ Catholicorum, & ipſum Inſtrumenti Pacis Projectum a Cæſareis exhibitum.*

XII. *Non obſtante enim Bavarorum opera per Suecos implorata, duo poſteriores Autonomiæ gradus prorſus æquabant, excepto trienniali emigrationis termino, ſubditis, jam tum alienam a Domino Religionem profeſſis, conceſſo, profeſſuris poſthac denegato.*

XIII. *Uti & novum Projectum ſuper puncto Autonomiæ a Cæſareis porrectum teſtatur.*

XIV. *Et has demum poſt viciſſitudines concluſum fuit, nullo vel exiguo admodum circa tempus vel receptionis vel Profeſſionis ſubditorum diſcrimine obſervato.*

XV. *Hiſce omnibus inter ſe, ſalvo diverſæ emigrationis termino, æquiparatis,* privata conſcientiæ libertas *aſſeritur, cujus effectus nihil minus, quam internam conſcientiam attinens explicatur.*

Digitized by Google

XVI. Autonomia *alias* & Tolerantia *dicitur.*

XVII. *Proteſtantibus ſemper maxime favorabilis, imo præ Libertate Exercitii magis ab Imperio Domini independens viſa fuit.*

XVIII. & XIX. *Ultra tres tamen Religiones nominatim in Inſtrumento Pacis expreſſas nequaquam, nec a Dominis, nec a Subditis, extendenda.*

XX. *Reſpectu* poſteriorum *neceſſaria omnino eſt,*

XXI. *Et qualificata,*

XXII. *Indeque æqualitatis Jurium inductiva.*

XXIII. & XXIV. *Quæ regula tam Theologis, in ſola plerumque nominis appellatione hærentibus, quam Juris-Conſultis, effectuum Juris quoque diverſitatem inde eruere conantibus, merito inculcatur, rationibus tum Legalibus, tum convenientiæ ſuadentibus.*

XXV. *Jurium partim ſacrorum, partim mere politicorum aut profanorum, ex libertate conſcientiæ profluentium diviſio præmittitur.*

XXVI. *In ſacris longe differunt ſubditi iſti poſſeſſione anni Normalis carentes, a reliquis eadem poſſeſſione tutis.*

XXVII. *Sola enim* Devotio domeſtica *iiſdem aſſeritur,*

XXVIII. *Ab Exercitio etiam privato ſedulo diſtinguenda.*

XXIX. *Quinam ejuſdem participes eſſe poſſint? & inde Collegiorum pietatis ita dictorum juſta probibitio.*

XXX *Exercitii vero alieni, in vicinia etiam latius interpretanda, frequentandi,*

XXXI. *Et quidem non tantum publici, ſed etiam privati facultas aſſeritur.*

XXXII. *Quo libera etiam libererum in eadem Religione inſtitutio pertinet.*

XXXIII.

XXXIII. *Cujus duo media in Pace præſcripta aut permiſſa diſcutiuntur, & inter ſeſe conferuntur.*

XXXIV. & XXXV. *Advocatio autem Miniſtrorum extraneorum non tantum quoad actus utrique Religioni communes, ſed etiam ſingulis proprios, vel in ipſo extremæ neceſſitatis caſu, rigore Juris publici attento, prohibita ſtatuitur.*

XXXVI. *Generale principium, nihil ulla vel Eccleſiaſtica vel ſæculari poteſtate illis injungi poſſe conſcientiæ contrarium, aſſeritur.*

XXXVII. *Cujus principii Concluſiones quædam ſpecialiores eodem nixæ ſubjunguntur.*

XXXVIII. *Ejuſdem tamen principii nimia extenſio in abuſum frequentiſſimum, & inobedientiæ ſubditorum pallium converti ſolet.*

XXXIX. & XL. *Speciales quidam abuſus circa Calendarii receptionem, & feriarum celebrationem referuntur, & refelluntur.*

XLI. *Multo minus contra prohibitionem eorum, quæ in ignominiam Religionis Domini manifeſte cedunt, conſcientiæ libertate ſe tueri poſſunt.*

XLII. *Reliqui effectus mere civiles ex tolerantiæ denegatione proflui, hujus autem conceſſione reſtituti, generatim recenſentur.*

XLIII. *Principium generale eſt, mutationem Religionis in Imperio Romano-Germ., ſive tranſitum ab una ex tribus receptis ad aliam, non eſſe modum amittendi bona & Jura alias præhabita, excepto tamen Reſervato Eccleſiaſtico, hodiedum retento, Proteſtantibus tamen inſimul communicato.*

XLIV.

Digitized by Google

XLIV. *Ex quo inhabilitas ad beneficia Eccleſiaſtica quondam in Hæreticos ſtatuta certo ſenſu etiamnum ſupereſt.*

XLV. *Ex Juribus mere politicis publica diſſentientis Religionis ſubditis, etiam ex anni Normalis poſſeſſione Exercitium habentibus, non æque debentur.*

XLVI. *Juribus communibus privatis, ſive per modum regulæ ſive per modum exceptionis in Jure communi clauſæ conceſſis, iidem excludi nequeunt, quibus & Provincialia accenſentur.*

XLVII. *De Juribus Civitatum locorumque propriis & ſpecialibus varia ſub diſtinctione decernitur.*

XLVIII. *Præprimis ſpeciatim omnis infamia, & deſpicatus, via facti, & omnis violentia reſpectu trium Religionum ceſſat & tollitur.*

XLIX. *Mercatorum, Opificum, & Tribuum communio iiſdem non deneganda.*

L. *Succeſſionis tam Teſtamentariæ, quam Legitimæ capaces ſunt, nec exhæredari ob Religionem poſſunt.*

LI. *Legitima tamen relicta, queis debetur, favorem alias indebitum hac Legis publicæ actione exigere nequeunt.*

LII. *Unde & favor iſte indebitus adjectione conditionis, in favorem Religionis Teſtatoris conceptæ, onerari poteſt, eaque conditio neceſſario eſt adimplenda.*

LIII. *Quid de Hoſpitalibus, Leproſoriis & Eleemoſynis ſit cenſendum?*

LIV. *Alia etiam Jura quædam enumerantur.*

LV. *Quibus Jus connubiorum ſpeciali nota dignum adjungitur, inter Proteſtantes æque permiſſum.*

LVI. *Imo nec Proteſtantes inter & Catholicos Lege quadam publica interdictum, cujus tamen mala recenſentur.*

LVII. *Ob quæ matrimonia inter perſonas diſparis Religionis* pro-

prohiberi Lege particulari & Territoriali, aut aliis conditionibus gravari poſſe, ſtatuitur.

LVIII. *Jus demum, vel honor ſepulturæ ex tolerantia profluens, non tamen penitus Domini Territorialis Legibus exemptus, explanatur.*

LIX. *Hæc libertas hactenus recenſita ſicut Jus emigrandi non excludit,*

LX. *Ita non exiguam Domino Territoriali in hoſce ſubditos poteſtatem ſalvam relinquit.*

LXI. *Unde & hi ſubditi ultra juſtos eandem tolerantiam limites extendentes exceptione plus petitionis ſæpiſſime ſunt repellendi.*

In iis, quæ ad externum unius ex tribus Religionibus, in Imperio per Leges publicas receptis, exercitium attinent, Pacis Weſtphalicæ literam, Pacis Religioſæ antehac jam firmatæ interpretem, ac declaratoriam, quanquam ſæpius nimium quantum extenſivam, primariam veluti baſin ac fundamentum in univerſo hactenus Tractationis præſentis argumento agnovimus; atque ubi litera ipſa dubietatis quidquam involvit, aut ſiniſtris eorum, quorum alia nunc convenientia alias quoque normas ſibi efformare ſuadet, interpretationibus in dubios ſaltem ſenſus detorquetur, Tractatus prævios tanquam veræ ac genuinæ ſummorum Compaciſcentium mentis teſtes irrefragibiles in ſubſidium ubique advocare conati fuimus. Secus enim præſentis thematis pertractatio quoad ipſam ſui ſubſtantiam, atque, uti dice-

re ſolemus, materiam ſuam tantum a vero abluderet, quantum argumentorum, quibus probari contenditur, fortes ab indigitatis tabulis, Diplomatis, & Actis publicis diſtarent. Methodum quoque ipſam ſequimur, & eam, qua idem argumentum a ſummis Compaciſcentibus diſcuſſum atque deliberatum, quin & poſtea conceptum, concluſumque fuit, formam, ſive ordinem tenemus, dum examinata ſubditorum illorum, *qui ex anni Normalis MDCXXIV. poſſeſſione vel publicum vel privatum* Religionis ſuæ, ab illa Domini ſui diſſentientis, *exercitium obtinuere*, libertate, illorum nunc *libertatem* ac ita dictam *tolerantiam* diſcutimus, qui anno ſupra dicto publicum, vel etiam privatum Religionis ſuæ Exercitium *nulla anni parte habuerunt.* Quo ipſo etiam ordine Diſſertatio hæc altera poſterior atque Pragmatica priori noſtræ Dogmatico-Canonicæ *de eo, quod circa Libertatem in Negotio Religionis ex Lege divina juſtum eſt*, eo propius correſpondet, cum & ibidem præmiſſis de Libertate Religionis principiis Dogmaticis, ex iiſdem poſtea ſupremo atque XII. in Capite Tolerantiam diverſarum Religionum ſub examen nos vocare meminerimus.

II. Hanc etenim ſubditorum diſtinctionem atque diverſitatem quam ſollicite utraque Compaciſcentium Pars, diverſis licet ſtudiis & animorum contentionibus, ſibi præfixam habuerit, atque urgere ſtuduerit, nemo, credimus, ignorare poterit, qui vel a limine partim Tractatus Pacis Weſtphalicæ a Dn. DE MEJERN editos, partim ipſum ejuſdem Inſtrumentum vel obiter inſpexerit. *In ſeſſione Proteſtantium publica in puncto Gravaminum habita Monaſtarii die XVIII. Julii MDCXLVI.* Legatus Bran-

Brandenburgico - Culmbacenſis ita votum ſuum conceperat: Es würde nunmehro das *Caput* von denen Unterthanen und derſelbigen Recht *in Puncto Religionis & ejus Exercitii* .... für die Hand zu nehmen ſeyn: daſſelbige nun theilte ſich in zwey Membra ab: deren erſteres von denen Unterthanen handlete, die das Exercitium Religionis hergebracht oder erhalten hätten, das andere von denen, die nie kein Exercitium gehabt.

Vid. DE MEJERN. *Act. P. W. Tom. III. Lib. XX.* §. *XXVIII. num.* 2. *pag.* 241.

Atque deliberatione ſuper prioribus tum habita, die XX. ejusdem menſis in ſeſſione altera de poſterioribus diſcuſſio aſſumebatur, præſante ita Directorio: Es wäre ſich zu erinneren, daß neulich zwey Membra ferner zu *deliberiren* vorkommen: nemlich 1.) von denen Unterthanen, ſo unter Catholiſcher Obrigkeit geſeſſen, und das freye Exercitium Religionis ſuæ hergebracht, und 2.) von denen, ſo unter Catholiſcher Obrigkeit geſeſſen, und das freye Exercitium nicht hergebracht. Vom Erſten wäre ſchon gehandlet, darum man jezo das anderr abzuhandlen vornehmen müßte.

Idem MEJERN. *cit. Lib.* & §. *n.* 3.

III. Admiſſa proinde eadem ſubditorum diſtinctione, in ipſo tamen, quod deſuper utrorumque Statuum Compaciſcentium Legati formabant, petito, perquam exiguam inter utroſque ſubditos conſtituere in effectu differentiam videbantur; ſed & his Catholicorum regimini ſubditis Proteſtantes autonomiam quandam omnimodam &

plenam in negotio Religionis ab Imperio Domini independentiam, & ab omni adeo emigrationis neceſſitate immunitatem flagitabant, Numinis divini honori proficuum fore, rati, Religionis uſum iſtis quoque dari, quibus nondum antea Catholici Domini conceſſiſſent. His enim privatis etiam ſacris nonniſi ſumma impietate interdici poſſe exiſtimabant.

Conf. Gravam. Evangelicorum apud MEJERN. *Act. P. W. Tom. II. pag.* 528.

Item *Media* und Vorſchläge *in puncto Gravam. ad Gravam. III.* ibid. *pag.* 570.

Ubi econtra Catholici, Paci Religioſæ tenacius inſiſtentes, Dominorum duntaxat arbitrio reſervabant, an ſubditis ſuis quibuscunque, ſive Exercitio alterutro in anno Normali gaviſi fuerint, ſive non, manendi licentiam impertiri, an neceſſitatem migrandi injungere malint, ita tamen temperandam, ne domeſticæ ipſorum res nimium inde detrimentum accipiant.

MEJERN. *Act. P. W. Tom. III. pag.* 404. & 439. *Tom. IV. pag.* 62.

Item *Declarat. Cæſar. puncto Gravam. Tom. IV. pag.* 83.

Et *Declarat. DD. Plenipotentiariorum Cæſareanorum exhibita Dominis Legatis Suecicis die V. Martii anno MDCXLVII.* ibid. *pag.* 123. *uſque* 125.

IV. Quin & Proteſtantes inter poſteriores hoſce ſubditos, in nulla ſcilicet anni MDCXXIV. parte Exercitio vel publico vel privato gaviſos, duas rurſum claſſes conſtituebant: *Alteram* eorum, qui ſaltem jam tum tempore Pacis a pluribus retro annis in Territoriis Catho-

tholicorum recepti, ibique Religionem Proteſtantium, utut ſine alterutro Exercitio amplexi, atque profeſſi fuerant, aut ob calamitates bellicas, abſque animo tamen mutandi domicilii, alio digreſſi, reverſuri, & eandem Religionem quandocunque poſtea profeſſuri eſſent. *Alteram* eorum, qui A. C. addicti modo poſt concluſam Pacem in Territoriis Catholicorum recipi deſiderarent, quorum quidem receptionem mere arbitrariam e Domini nutu & gratia pendere arbitrabantur; receptis tamen libertatem Religionis ſuæ quamvis abſque Exercitio proprio indulgendam neceſſario eſſe, nec unquam triſti emigrationis neceſſitate turbari poſthac debere, contendebant.

Vid. Seſſio Evangelicorum publica die XX. Julii MDCXLVI. Monaſterii puncto Gravam. habita apud MEJERN. *Tom. III. Lib. XX.* §. *XXVIII. pag.* 249. *ſeqq.*

Item Ohnvorgreifflicher Aufſatz deren Herrn Evangeliſchen zu Münſter *in puncto Gravam. die XXIII. Julii MDCXLVI. Art. XIV. ſeqq.* ibid. §. *XXX. N.* 2. *pag.* 282.

Item Der Evangeliſchen Schl. zu Längerich oder Gegen Erklärung *in puncto Gravaminum Art. XV. apud eund. Lib. XXI.* §. *IX. pag.* 337.

Quod diſcrimen denuo a Legatis Brandenburgico-Culmbacenſi & Wirceburgenſi additum atque ſuggeſtum fuit. Ibid. §. *XI. Art. XV. pag.* 348.

Contradicentibus tamen Legatis Electoralibus Saxonicis, & æquiora ad mutuam æqualitatem Statuum tam Proteſtantium, quam Catholicorum tendentia, Pacique Religioſæ conformiora principia tuentibus,

Ibid. §. *XII. ad Art. XIV. pag.* 350.

Et Catholicis, rejecto omni diſcrimine, quoad ſolum emigrationis terminum temperamentum quoddam offerentibus.

Ibid. §. *XXIX. N. II.* In der Catholiſchen *Confidenten*-Erklärung, wie ſolche am 26. *Octobr.* von denen Wirzburgiſchen Hrn Abgeſandten *privatim* einigen Evangeliſchen eingeliefert worden, *Art. IV. pag.* 406.

V. Aliam proinde ſubditorum, in nulla anni memorati parte Religionis Exercitio potitorum, diſtinctionem, eamque tantiſper ſaltem mitiorem, a diverſo nimirum profeſſionis, aut mutationis Religionis tempore derivatam, ſuggeſſit Legatus Suecicus SALVIUS in ſuo, quod ad Conferentiam cum TRAUTMANSDORFFIO XVI. Novembr. MDCXLVI. habendam attulerat, Projecto, vulgo:

Auſſatz über den *Punctum Gravaminum* apud MEJERN. *ibid.* §. XXXIX. *pag.* 431.

quo eos ſubditos, qui concluſa Pace diſſentientem a Domino Religionem profitebantur, aut intra proximum inde biennium apud Magiſtratum, vel coram Notario & teſtibus profeſſuri fuerant, privata conſcientiæ libertate, & arbitrario prorſus emigrandi Jure cum Domeſticis & Deſcendentibus gaudere voluit; alios vero, qui modo expleto biennali ſpatio a Domini Religione diſceſſuri eſſent, nonniſi poſt XV. annos, queis tamen currentibus eadem conſcientiæ libertate deſtituendi haud eſſent, duræ emigrandi neceſſitati ſubjiciendos duxit, contradicentibus tamen etiam huic Catholicis, qui in

Endlicher Erklärung oder *Declaration in Puncto Gravaminum* apud MEJERN. *Tom. eod. III. Lib. XXI.* §. *XL. N. II. pag.* 439.

quoad hanc Religionis libertatem ſive Autonomiam univer-

verſim ſoli Juri reformandi Dominis, & Juri emigrandi, quod neceſſarium prætendebatur, ſubditis per Pacem Religionis aſſerto immobiliter inſiſtebant, & pactis duntaxat ſpecialibus inter Dominum & ſubditos initis poſt longa demum certamina firmitatem perpetuitatemque, uti ſuperius Caput II. edocuit, indulgebant.

VI. Proteſtantes vero ſummam hanc Catholicorum, & hactenus Cæſareorum præcipue, renitentiam in Conſeſſu VI. Febr. MDCXLVII. in ædibus Comitis DE TRAUTMANSDORFF habito experti, in declaratione in Puncto Gravaminum Legatis Suecicis die XXVII. ejuſd. Menſis & anni exhibita, ſaltem quoad terminum, intra quem ſubditi alterutrius Religionis conſcientia poſthac ſemper libera tuendæ profeſſionem facere tenerentur, ad effectum tolerantiæ ſeu autonomiæ perpetuæ obtinendum, & Juris emigrandi exclusionem, quem ex biennali in ſemeſtrem commutabant, cedere tantisper velle videbantur; ſubſecuta tamen magna Catholicorum, ſolis duntaxat Pactis vim & efficaciam aſſerentium, offenſione, parique admiratione, ac totalis Tractatuum interruptionis comminatione.

Vid. MEJERN. *Tom. IV. Lib. XXV.* §. *XIII. pag.* 96. *&* §. *XIV. pag.* 115. *&* §. *XVI. pag.* 124.

VII. Ceſſerunt poſtea plurimum Cæſarei in projecto Legato SALVIO in conferentia de XVI. & XVII. Martii MDCXLVII. habita exhibito ſub *Lit. B.*, ubi & illis, qui vel ex ſola etiam Dominorum connivent ia A. MDCXXIV. Exercitium Religionis habuerunt, ejus reſtitutionem ac perpe-

perpetuitatem, illis vero, qui nullum habuerunt, actu tamen in Territoriis Statuum, diverſæ a Domino Religioni addicti, degebant, Autonomiam & tolerantiam, absque omni emigrationis neceſſariæ metu, perpetuam, cœteris denique futuro deinceps poſt publicatam Pacem tempore a Domini Religione ad aliam transgreſſuris eandem a pœnarum ſaltem coactione, licet non emigrationis juſſu, liberam, inſuper tamen termini emigrationi præfigendi ſucceſſivam ad XV. annos prolongationem aſſecuraverunt.

Vid. MEJERN. *Tom. IV. Lib. XXV.* §. *XIX. pag.* 157.

Et huic profecto Cæſareorum a reliquis licet Statibus non inſtructorum, condeſcententiæ acquieſcere demum Proteſtantes potuiſſent, niſi immodicus Religionis ſuæ conſortum amor, & nimia in confœderatis fiducia ad extrema omnia tentanda illos induxiſſent. Unde & Cæſarei nec latum amplius unguem cedendum exiſtimarunt; Atque ita hiſce poſtulatis utraque pars in Projectis ſuis mutuo communicatis conſtantiſſime inſiſtebat.

apud MEJERN. *eodem Tom. IV. Lib. XXIX.* §. *VIII. n.* 1. *&* 3.

VIII. Nonnihil emollita vero Proteſtantium duritie, in eundem fere modum, & obſervata ſubditorum, qui jam tempore publicatæ Pacis Religionem diſſentientem, absque ullo tamen Exercitio, profeſſi fuerant, & eorum, qui modo poſt publicatam Pacem quandocunque eandem profeſſuri erant, diſtinctione, conventum,

Vid. Verglichener *Articul in Puncto Autonomiæ ſubditorum in Imperio* apud MEJERN. *Tom. IV. Lib. XXIX.* §. *XII. pag.* 549.

ac

ac demum in Inſtrumento Pacis, prout a Cæſareis conceptum, & Legatis Suecicis in fine Maji exhibitum die XXX. ejuſd. collatum, & die III. Junii publice dictatum per Directorium Moguntinum fuerat, repetitum fuit.

Vid. Idem. *Lib. XXX.* §. 2. *pag.* 571.

IX. Contradixerunt autem, uti ſupra Cap. II. latius occurrit, Catholici reliqui uno ore omnes, qui illa omnia, quæ in verbis: *Illi vero Catholicorum ſubditi*, & verbis: *Illi denique* in prædicto Cæſareanorum Inſtrumento diſponebantur, et, relicta duntaxat ſubditis nullo Exercitio in anno Normali potitis emigratione etiam neceſſaria, ſe ad diſpoſitionem Pacis Religioſæ referebant, & alia conditione ſe in contentas ibidem ſuper Puncto Gravaminum diſpoſitiones nequaquam conſenſuros, conſtanter aſſeverabant.

Vid. Mejern. *Tom. IV. Lib. XXXII.* §. 12. *n.* 1. *pag.* 804. Quod idem in ſua ſuper eodem Projecto Inſtrumenti Cæſareano declaratione die VII. Decembris MDCXLVII. exhibita, utut Proteſtantes difficillimos jam prævie experti, repetebant.

Vid. Mejern. *Tom. IV. Lib. XXXII.* §. 15. *n.* 1. *pag.* 825. *Conf. etiam ſupra Cap. II.* §§. *XXX. & XXXIV.*

V. Cæſarei interea, vocatis ad ſe quatuor Civitatum Legatis die XXII. Januarii MDCXLVIII., prævie autonomiam in tria *membra* vel *gradus* diſtinguentes hæc propoſuere; quoad *primum membrum* ſeu *gradum*, eorum videlicet, qui Exercitium Religionis ſuæ in anno Normali habuere, exiguam poſthac fore difficultatem, quoad *ſecundum* eorum, qui jam tempore Pacis publicatæ Reli-

Hh gio-

gionem a Domino diſſentientem profiterentur, ſed abſque Exercitio habito, Catholicos faciles fore in iiſdem ſuis ſubditis retinendis, nec emigrationem, ob ipſum Territoriorum ſuorum hominibus alioquin penitus evacuandorum detrimentum, juſſuros, ut tamen pacto publico ad eorundem retentionem adſtringantur, nunquam paſſuros eſſe, cum ex ipſa Pace Religioſa, conſentiente Electore Saxonico, factisque propriis approbante, beneficium emigrationis neceſſarium exiſtimaretur. Quoad *Tertium* eorum, qui modo poſt Pacem concluſam & publicatam aliam a Domino Religionem profeſſuri eſſent, ne Religioni Proteſtanticæ, omni prorſus obice ſublato in Territoria Catholicorum lata porta aperiretur, nulli certo tempori, quo tolerare diſſentientes obligentur, conſenſuros, cœterum tamen nec æquitatis, aut moderationis terminos ipſos eſſe transgreſſuros.

MEJERN. *Tom. eod. IV. Lib. XXXIII.* §. 17. *N.* 1. *pag.* 920. *ſeqq.*

XI. Sed huic Cæſareorum propoſitioni Catholicorum *declarationes ultimæ ad declarationes A. C. addictorum Statuum in puncto Amneſtiæ & Gravaminum a majoribus Catholicorum votis approbatæ, & exhibitæ DD. Cæſareis, Suecicis & Proteſtantibus die XXIV. Januarii MDCXLVIII.* adeo non correſponderunt, ut aperte potius atque e diametro contradicerent, ſiquidem in eisdem omnes hoſce verſiculos: *Hoc tamen non obſtante* &c. *Pacta autem* &c. *Illi vero Catholicorum ſubditi* &c. *Sive autem Catholici* &c. & *Illi denique* deleri debere prætenderunt. Tantum immunitatem a pœnis & infamia, atque emigrationis facultatem, quin & neceſſitatem Proteſtanticis quibuscunque

extra

Digitized by Google

extra Epiſcopatus Magdeburgenſem, Hildeſienſem, Oſnabrugenſem, Mindenſem, & Halberſtadienſem (in quibus etiam Exercitium Religionis Proteſtanticæ jam antea anno MDCXXIV. receptum perſeverare poſthac voluere) ſpondentes,

Mejern. *Tom. IV. Lib. XXXIII. §. XVIII. pag.* 928.

adeoque *nullum*, ex recenſitis tribus, autonomiæ *gradum* admittentes. Atque hanc in formulam dein novum Inſtrumenti Pacis Projectum a Cæſareis die XXX. Januarii MDCXLVIII. conceptum fuit atque exhibitum,

Ibid. §. *XXVI. pag.* 962.

novis tamen motibus in ſummum interruptionis tractatuum periculum denuo exurgentibus.

XII. Opera dein Bavarorum (quibus tanquam Inſtrumentis, depoſita priori in illos diffidentia, Sueci uti noverant) ad facilitandam in puncto Gravaminum compoſitionem adhibita, mox tamen rurſus per ſublatum, quod inierant, armiſtitium fruſtrata, & generatim duntaxat ad maturationem Pacis ſedulo interpoſita, in novis conferentiis tam ſuper puncto *Juſtitiæ*, quam *Autonomiæ* deinceps habitis Cæſarei quoad poſteriores duos Autonomiæ gradus (de primo enim eorum, qui Exercitium quoddam vel pacto vel ſola obſervantia anni Normalis habuerunt, jam ſupra Capite II. abunde affatimque actum fuit) negativæ ſuæ tenaciſſime inſiſtebant. Quoad ſecundum temperamenti loco ſolos tres annos tanquam emigrandi ſpatium, quoad tertium vero, eorum videlicet, qui modo poſt Pacem jam concluſam ullo deinceps tempore Religionem alterutram a Domini Religione diverſam amplexuri erant, nihil prorſus elargientes.

Vid. Protocoll. Conferent. XXII. Februar. MDCXLVIII.

apud Mejern. *Tom. V. Lib. XXXIX. §. VI. N. 1, pag.* 503. *&* 504.

XIII. Unde & in novo Projecto ſuper puncto Autonomiæ ibidem a Cæſareis porrecto ſoli §§phi: *Quantum deinde ad Comites.* Item: *Hoc non obſtante.* Et, *Pacta autem* inſerebantur, omiſſis reliquis, qui de duobus aliis gradibus Autonomiæ antehac concepti fuerant, niſi quod æqualis Juſtitia & protectio atque emigrandi facultas §vo. *Sive autem* generatim omnibus Religionem a Domino diverſam profitentibus, aut unquam profeſſuris aſſecuraretur. Catholicos porro Status in duobus hiſce gradibus, ut plus quam triennalem emigrationis terminum, & alia quædam æquitatis ac moderationis temperamenta, nulla tamen Lege publica determinanda, multo vero minus pacti, aut Pacis hujus publicæ Religione firmanda concederent, nunquam permovendos eſſe, identidem Cæſarei prædixerunt.

apud Mejern. *Tom. V. Lib. XXXIX. §. VI. pag.* 505. *&* 515.

XIV. Atque huic propoſito, cum id Paci Religioſæ conforme eſſet, nec prætendi cum ratione a ſe poſſe Catholici crederent, ut tumultuum materiam ſuo in ſinu tolerare, imo fovere perpetuo tenerentur, conſtantiſſime poſthac inhæſerunt, adeo, ut Proteſtantes ipſi non amplius majorem libertatem in ſubſtantia, ac arctiorem tolerantiæ neceſſitatem, ſed ſolam temporis ad emigrandum præfiniendi prolongationem, & ad XV. annos extenſionem quoad ſecundum præſertim Autonomiæ gradum in ſeptem ſuis congreſſibus proponere aut petere

aude-

enderent. Atque ita demum Catholicis in quinque ſaltem annos quoad ſecundum autonomiæ gradum, in tres vero quoad tertium conſentientibus in Conferentia ultima die octava Martii anno MDCXLVIII. ab hora matutina octava uſque ad medium ſecundæ pomeridianæ protracta id obtentum fuit, ut res tota circa Autonomiam, tam feracem hactenus diſſenſionum ac diſputationum inter Summos Compaciſcentes materiam, componeretur, & eo, quem nunc §phi 34. 35. 36. 37. Art. V. Inſtrum. Pacis Oſnabrugenſis extantes exhibent, ordine & modo concluderetur, & a Legatis ſubſcriberetur. Ex quibus omnibus patet, inter illos quidem ſubditos, qui in anno Normali ita dicto Exercitium aliquod, vel publicum, vel privatum, ſuæ Religionis habuerunt, & inter illos, qui non habuerunt, latiſſimum adhuc diſcrimen retentum fuiſſe; nullum vero novum, vel admodum exiguum ratione ſolius termini triennalis & quinquennalis inter hos ipſos poſteriores conſtitui, adeo, ut in cœteris omnibus inter ſe æquiparentur, ſive jam tum, ſive poſtea in Territorium recepti, aut jam tum, ſive poſtea Religionem alienam a Domino profeſſi fuerint.

XV. His igitur §phis uterque poſterior Autonomiæ gradus, eorum videlicet, qui in anno MDCXXIV. nullum prorſus, nec publicum, nec privatum Religionis ſuæ Exercitium habuerunt, ſive jam tum tempore concluſæ Pacis aliam a Domino diſſentientem Religionem profeſſi fuerint, ſive modo poſtea talem amplexi, aut ullo deinceps tempore amplexuri ſint, ſubditorum, ad ita dictam *Privatam Conſcientiarum libertatem* reducitur, ut quamcunque ex tribus Religionibus per eandem Pacem

publicam in Imperio receptis profiteri ſaltem, licet non illimitate cum cultu quodam, vel publico, vel privato, ſuæ opinioni conformi, exercere, integrum illis ſit atque permiſſum. Quamvis enim Dominus Territorialis alteri diſſentienti addictus hanc improbet atque deteſtetur, prohibere tamen, aut ſub pœnis coercere ſubditos nequit, quominus ab ea, cui is addictus eſt, & in qua ſubditi ipſimet nati & educati fuerunt, Religione diſcedere poſſint, imo hunc eundem ab una Religione ad alteram digreſſum non tantum, ſed & ipſos ſubditos ita digredientes patienter, intra præſtitutum tamen terminum, tolerare ac perferre tenetur. Siquidem & iſta Conſcientiæ libertas ita dicta non internam hominum conſcientiam, aut ſalutem æternam reſpicit, ſed externam tantum a pœnis ſecuritatem, ejuſque Conceſſio non Dogmatica quædam & Theologica diſſidiorum inter partes vertentium definitio fuit, ſed politica Jurium quorundam civilium participatio, quæ non Religionibus ipſis Authoritatem, veritatem, ac unitatem, ſed civibus trium Confeſſionum conſortibus civilem concordiam conciliaret. Verbo: in eadem conſcientiarum libertate ſtatuenda hic ſummis Paciſcentibus finis ſcopusque fuit, non ut conſcientiis ipſis, pro foro poli, ſed ut Paci & quieti civili proſpiceretur.

XVI. Hoc idem *Autonomiæ* nomine indigitatur. Quamvis enim ſecundum propoſitiones a Proteſtanticis Statuum Legatis factas, & generalem negotiorum, imo & Gravaminum Religionis in Tractatibus conſultandorum, ac per Pacem definiendorum diviſionem (qua punctus *Autonomiæ* & *Juſtitiæ* ſecernebatur) eadem generali

Auto-

Autonomiæ appellatione omnia, quæ pro ſecuritate ſubditorum tam circa Religionis profeſſionem, quam ejus Exercitium qualecunque firmari contendebant, Capita atque Jura comprehenderent; eadem tamen ſpecialius accepta ſolam quoque privatam *Conſcientiæ* libertatem, a libertate *Exercitii* ſeparatam atque diſtinctam, ſæpe ſæpius intelligebant; dum ſcilicet in profitenda una ex tribus Religione ſubditi quaſi ſibi legem dicunt, ſuæque voluntati aut opinioni relinquuntur ab omni inquiſitione, coactione & pœnarum, ſive amiſſionis Jurium antea quæſitorum, aut bonorum conficationis metu liberi. Quandoquidem (uti in Diſſert. *de eo, quod circa Libertatem in negotio Religionis ex Lege divina juſtum eſt.* Cap. XI. demonſtratum ivimus) Principes ex munere Advocatiæ & protectionis, quod gerunt, ad conſervandum veram & orthodoxam Religionem impendendæ eas quidem alioquin pœnas ſalutaribus cum adhortationibus, ac deviantium & errantium inſtructionibus conjunctas juſte adhibeant, quas charitas, & ipſe in ſubditos amor ſuadet, quæque illorum animos ad audiendam inſtructionem attentiores reddunt, emendationis vero & pœnitentiæ tempus & facultatem non adimunt atque tollunt; per hanc tamen autonomiæ ſubditis conceſſæ Legem illa ipſa Principum charitas, ſoli alias conſcientiæ eorum relicta, & legi duntaxat divinæ atque Eccleſiaſticæ, neutiquam Politicæ, adſtricta ſuos nunc limites accepit, ut ſubditi unam Religionem, tanquam ſalutis æternæ ex opinione ſua conſequendæ viam, præ altera amplexi, ſeveram illam Principum charitatem declinare atque reſpuere impune poſſint. Unde & *tolerantia* alias dicitur, eoquod Princeps, licet contrarium facere mallet, imo in defectu Legis pu-

blicæ

blicæ mitiora ſibi conſilia præcipientis ex principiis ſuæ Religionis neceſſario faciendum eſſe crederet, patienter tamen tolerare omnino teneatur.

XVII. Hanc conſcientiarum libertatem iiſdem ſemper in conferentiis, in quibus de Exercitio Religionis tractarunt, ſimul propoſuiſſe Proteſtantes, ex ipſa, quam ſuperius Capite II. & prioribus quatuordecim præſentis Capitis §§. in brevem veluti Epitomen redactam præmiſimus, Tractatuum Pacis Hiſtoria abunde colligitur. Quid? quod in hac petenda majorem fere, quam in ipſo Exercitio ſuæ Confeſſionis hominibus ſtabiliendo, virium contentionem præ ſe tulerunt, veluti rem propriæ conſcientiæ conſiderantes, ut liberrimum & prædicationis & Confeſſionis Evangelicæ, ſuis tamen opinionibus conformis, curſum ubique obtinerent. Suis enim, quæ de Libertate Religionis Imperium omne reſpuentis fovebant, Dogmatis tenaciſſime ubique inhærentes, ſicut ideas fidei liberrimas ab omni etiam Eccleſiæ judicio, magisque Imperio exemptas in Theologia ſua admittunt; ita quoque ad politicos & civiles effectus in Imperio conſequendos easdem extendebant, dummodo cæteroquin diſſentientes a Religione Domini in Rempublicam adverſi nihil molirentur. Ita enim conſcientiis imperare, uti mortuos ſuſcitare, & ex nihilo creare ſoli Deo proprium, ac reſervatum eſſe communi ſuo diverbio ingeminabant. Quibus ex rationibus, quamvis quoad Exercitium, vel publicum, vel privatum, ſubditis denegandum, aut indulgendum liberiorem Domino Territoriali poteſtatem ex Jure Reformandi aſſererent; ad expulſionem tamen ſubditorum & conſcientiarum, uti ajebant, coactionem idipſum eorum favore

non

non extendendum eſſe arbitrabantur, adeoque facilius Exercitii, quam conſcientiarum & Confeſſionis Libertatem a Domino reſtringi poſſe, imo deinceps, gravius eſſe e *domibus ſacra*, quam *Cives* ex *Territorio ipſo* exturbare, inferebant.

Idem Mejern. *Tom. IV. Lib. XXV.* §. *X. pag.* 62.

XVIII. Quantumcunque autem favorabilis eadem libertas viſa fuerit; non tamen ultra fines, eadem Lege & Pace determinatos, extendenda venit; nec aliis Religionibus, quam iis, quibus ipſimet ſummi Paciſcentes favere voluerunt, & quæ ſicut antea motuum bellicorum ac diſſidiorum, ita & poſtea Pacis, qua finis illis poni voluit, conſortes fuerunt, indulgenda. Inſtrumento enim Pacis Art. VII. §. 2. cautum eſt, ut præter tres tantum Religiones, Catholicam videlicet, Lutheranam, & ſic dictam Reformatam, nulla alia in S. R. Imperio recipiatur, vel toleretur, poſtquam tanta cum difficultate ſic dicti Reformati in conſortium ejusdem Pacis admiſſi, & quidem quoad negotia inter ipſos & Catholicos vertentia A.C. addictis prorſus æquiparati, & communi Proteſtantium nomine comprehenſi, diſſimili vero quoad alia negotia eoſdem ita dictos Reformatos & A. C. addictos ſeparatim inter ſemet invicem tangentia Jure præditi fuerunt. Aliarum non tantum Exercitium, ſed & tolerantiam prohiberi, ipſa §phi mox allegati litera: *nulla alia recipiatur vel toleretur:* abunde teſtatur. Imperii quippe intereſt, ne, nimia Religionum diverſitate & multitudine in plures Principatus divulgata & diſperſa, omnes fere provinciæ, imo etiam civitates, & in ſingulis civitatibus civium Parœciæ, interdum & ſingulæ domus opinionum diſſidiis inter ſe con-

Digitized by Google

fliƈtentur. Hoc modo dum in diverſa rapiuntur animi, contingit, ut non tantum inſignes inter Principes & Magiſtratus vicinarum ditionum contentiones ac odia excitentur, ſed & in una eademque ſæpe Republica Magiſtratui cum ſubditis, & ipſis Concivibus inter ſe, quin etiam Patri cum uxore & liberis, fratri cum fratre innumeræ controverſiæ intercedant. Neceſſitate igitur ſic exigente, ad ſuſtinendam cum extraneis æque, ac ipſis Reipublicæ membris pacem & concordiam, Lege generali modus hiſce omnibus poni, atque remedium afferri & voluit & debuit. Atque Lex hæc, ſiquidem communi Statuum Imperii conſenſu condita fuit, ſingulos Status tanquam membra ejuſdem Imperii obſtringit, eorumque poteſtatem, tanquam Jurisdiƈtioni & poteſtati Legislativæ univerſi Imperii ſubordinatam, coarƈtat, ne iiſdem liberum & integrum ſit, alias diſcrepantes a tribus hiſce Religionibus Seƈtas, diſerta Pacis litera poſitive excluſas, in Terris ſuis Imperio univerſo nexu utroque ſubjeƈtis recipere, easque non tantum Exercitii, ſed nec Jurium civilium, aliis Imperii ſubditis communium, participes reddere.

XIX. Tantum videlicet abeſt, ut ſubditi, aliis præter tres nominatim expreſſas Religionibus addiƈti, tanquam ex Jure debitam eandem tolerantiam ab invito Domino, propitia Lege publica, prætendere queant. Hæc ipſa enim tolerantia cum ex ſupra diƈtis Pacem tantummodo civilem Religionibus dare, id eſt, cavere voluerit, ne poſthac ob Religionem ac Reformationem Status Imperii inter ſe fatali diſſidio ſcinderentur; Illæ tantum Religiones comprehendi voluerunt, quibus tum Status quidam belli & motuum civilium participes addiƈti reperi-

Digitized by Google

periebantur. Quis Principem ſuorum Jurium Legibus ipſis Imperii ſtabilitorum arbitrum coget, ut invitus Religionum aliarum diverſitatem tanquam infelicem plurium diſcordiarum materiam ſuo ipſe in ſinu foveat? nec enim exempla deſunt, Rempublicam ex Libertate Conſcientiæ, eaque in dubio, imo ubique, amplianda ſæpe graviter turbari. Nihil tam facile contingit, quam legitimum Dominum Jus ſuperioritatis ſupremum acerrime vindicandi, & non tolerandi diverſæ perſuaſionis ſubditum ſcrupulo teneri, ampliationis præter Legem impatientiſſimum: econtra vero ſubditum omnium vinculorum obedientiæ neſcium, & ampliationes neceſſarias, ut ſibi imaginatur, importune expoſtulantem, privatæ ſuæ opinioni tuendæ acerrime inſiſtere, nec Magiſtratum legitimum, ſalvis licet legibus publicis, utpote aliam præter tres modo dictas, Religionem non agnoſcentibus, aut comprehendentibus, imperantem tolerare, aut revereri velle. Dura hæc & aſpera colliſio Doctoribus quibusdam libertati conſcientiarum plus æquo faventibus videtur. Sed quis alteri cedere neceſſum habeat? cui ampliatio potius debeatur, aut utri reſtrictio & coarctatio, hanc utroque detrectante, illam utroque ſibi invicem in controverſiam vocante, imo, ni vires deſint, viciſſim ſibi prærepturo? Certe pro ſalute communi Legis literæ incumbendum, & quod alias ante Pacem Religioſam ex vulgata illa paroemia: *Cujus regio, illius eſt & Religio:* integrum competierat, Jus Reformandi non tantum quoad effectum introducendi, tuendi, conſervandi, ampliandi ſuam Religionem, ſed etiam ad hanc ſuam compellendi, atque alienas aut diſſentientes quascunque expellendi non plus per Pacem Weſtphalicam reſtrictum

atque limitatum dici poteſt, quam expreſſa ejusdem litera id coarctatum ſubditus oſtenderit. Unde intuitu Religionum aliarum omnium, utpote hodie diſerte reprobatarum, integrum etiamnum in toto ſuo complexu & inviolatum Jus Reformandi ſupereſt. Neceſſaria vero hæc, & per Legem poſteriorem Pacis Weſtphalicæ inducta ceſſat tolerantia. Atque inde has Principes in ſuis Territoriis non modo tolerare non tenentur, ſed etiam illis addictos invitos ejicere, & communem Pacis publicæ ac civilis uſum eis denegare, & inſuper omnibus illis malis eos afficere ſecundum principia Juris Canonici poſſunt, quæ in Hæreticos Jure utroque communi ſunt conſtituta. Dummodo & illud ſedulo caveatur, ne temere alicui nova Secta imputetur ad effectum denegandæ tolerantiæ; ſiquidem hæ ipſæ Religiones receptæ potiſſimum ex Confeſſionibus & formulis, ſive ſymbolis ſuis judicandæ ſunt, quas qui etiamnum exterius ſecundum ſuam literam admittunt, earundem participes eſſe contendunt. Alioquin ſi ſummo rigore Confeſſionum & Librorum Symbolicorum apicibus inſiſtatur, timendum foret, ne forſan nulli amplius Proteſtantes darentur: tanta fuit eorundem continua in Dogmatis ſuis hactenus viciſſitudo, quam Theologi etiam illuſtriores, atque inter hos Illuſtriſſimus præcipue Boſſuetius, ita adverterunt, ut modernos in Capitibus bene multis ab antenatis diſcrepantes, imo hos ipſos hodiedum inter ſe maxime diſcordes deprehenderint, nec Proteſtantes in Proteſtantibus amplius invenire potuerint.

XX. Porro reſpectu trium quoque recenſitarum Religionum tolerantia prædicta non ex mera Principum gra-

tia

tia & liberalitate proficiſcitur, aut pendet, ut *arbitraria* aut *mere gratioſa*, uti illa Judæorum, compellari poſthac poſſit. Sed cum pacto & Pace publica, quæ ſingulos Imperii Principes Legis inſtar obſtringit, concluſa ſit, atque vel invitis imperetur; *neceſſaria* eſt, atque a Domino Territoriali denegari aut revocari pro arbitrio nequit; ſubditis econtra Jus tribuit perpetuum, atque irrevocabile ad licite, id eſt, impune atque ſecure ſuſcipiendam Religionis mutationem, & ad effectus illos tolerantiæ ſubſequos, quos inferius recenſendi locus erit, per eandem tamen Legem publicam determinatos, ſibi vindicandos. Ex Lege enim Inſtrumenti Pacis Art. V. §. 34. debetur, ubi expreſſe ſtatuitur, ut omnes, *qui poſt pacem publicatam deinceps futuro tempore diverſam a Territorii Domino Religionem*, ſive Catholicam, ſive Lutheranam, ſive Reformatam ita dictam *profitebuntur*, & *amplectentur*, *patienter tolerentur*. Quibus verbis Lex ſubditis cavet de Conſcientiæ Libertate, & optione Religionum, ita, ut tribus Religionibus addicti non ſolum ab omni incommodo, injuria & contumeliis ſint tuti, ſed etiam liberaliter, manſuete & clementer habeantur, & pari cum aliis civibus Jure eodem in loco vivant, atque pari ſint honore & fama, neque ulla inter eos in adminiſtratione Juſtitiæ conſtituatur differentia.

XXI. Quam ob rem neque *ſimplex*, ſed *qualificata* eſt; ſiquidem illa in ſimplici imperantis permiſſione conſiſtit, ſine pleno omnium Jurium, ex tolerantia alias promanantium, effectu, imo ſæpe magnopere reſtricta eſt, ut terminos, quos accepit, egredi non poſſit, neque publicæ approbationis effectus habeat, ut rurſus vel

Judæorum vel reprobatarum aliarum Sectarum exempla docere poſſunt. Neque enim hæ neceſſario tolerandæ ſunt, et, ſi ex liberalioribus hac in re Proteſtantium Doctorum principiis contra diſertam Artic. VII. §. 2. diſpoſitionem in Territoriis Proteſtanticis tolerentur, ſummum plerumque jurium detrimentum & inæqualitatem ex ipſa Principis voluntate intra proprium etiam Territorium adhuc experiri poſſunt, imo extra illud, in alienis ſcilicet Imperii provinciis, experiri merito debent, ut publica reprobatio adhuc inde appareat. Hæc vero ex æquo cum Religione Catholica, quæ antea ſola per Leges recepta & commendata approbataque fuerat, in Imperio ſolidam, ſalva tamen Pacis Weſtphalicæ determinatione, ſalvo itidem Dominis Territorialibus emigrationem jubendi arbitrio, (de quo infra) Jurium communionem inducit.

XXII. Inde & tertia ejuſdem trium Religionum tolerantiæ proprietas fluit, quod æqualis illa ſit omnibus, ac paſſim reciproca, quas inter propterea regula ipſa P. W. Art. V. §. 1. uti quoad Exercitium & cætera gravamina, ita etiam quoad Autonomiam ſtricte dictam, ſive conſcientiarum aut Confeſſionis libertatem confirmata obtinet. *Ut æqualitas exacta inter utriuſque Religionis conſortes ſervari, & quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque juſtum eſſe debeat.* Quæ regula eſt baſis & fundamentum quaſi primarium totius concordiæ & tranquillitatis inter diverſas Religiones in Imperio ſervandæ, & diverſis concluſionibus lucem præfert, ad ea, quæ ſecus expreſſa lege determinata non ſunt, in dubio determinanda. Id ipſum enim quoad Autonomiam ſive

tolerantiam Artic. ejuſd. V. §. 35. expreſſe repetit, *ut utrique Religioni addicti pari Jure habeantur, æquali Juſtitia protectioneque tuti.* Qua de cauſa ſicut Catholici inter Proteſtantes hac tolerantia frui debent, ita quoque Proteſtantes, ſive A. C. addicti, ſive Reformati ita dicti inter Catholicos eodem modo, eadem in menſura, & ampliatione, vel limitatione, illa gaudent, ut nec hi, nec illi melioris conditionis eſſe, ſed ad paria prorſus, in pari tamen cauſa, ſi videlicet de cœtero ejuſdem ſtatus aut conditionis ſint, æſtimari debeant.

XXIII. Unde neſcitur profecto, aut ſane perſpici, conſideratis omnibus, ſatis nequit, quo demum Theologorum quorundam Catholicorum zelus collimet, ſed zelus ſine ratione exuberans, zelus non ſecundum ſcientiam, zelus, ne quid plus dicam, ſuperfluus atque inutilis, dum tres Religiones in Imperio toleratas dici audientes, ſcandalizari ſeſe, non abſque indignatione oſtendunt. Quamlibet partem ſuæ Religioni magis favere, & honorificentioribus hanc nominibus atque titulis inſignire, Orthodoxam ſuam, hæterodoxas cœteras omnes appellare, diſſentientibus errorem objicere, dummodo id abſque aliarum injuria & contumelia fiat, tam male in mere Theologicis Diſciplinis, præſertim ad inſtructionem duntaxat tendentibus, vertendum non eſt. Sed quoad effectus publicos atque politicos omnino parificatas inter ſe eſſe, diffiteri nunquam poſſunt. Sive dein Catholicam approbatam, cœteras tantum toleratas, ſive omnes pari modo aut receptas, aut toleratas dixerint; parificatæ in omnibus ſunt in ſenſu Legis Pragmaticæ, & quoad dictos effectus Juris. Nec aliter communi

quo-

quodam termino denotari a Paciſcentibus tum potuerunt, vel poſthac a commentatoribus, eandem Pacem illuſtrantibus, poſſunt. Neutra pars compaciſcentium altera ſuperior, ſibique defendendæ adeo par fuerat, ut alteram ad approbandam communi conſenſu & conventione publica Religionem diverſam compellere poſſet. Conſenſiſſe in communem quamdam *tolerantiæ* vel *receptionis* appellationem ipſosmet Catholicos Proceres, haud obſcure ex Artic. VII. §. 2. colligitur, ubi præter tres nominatas Religiones nullam aliam in S. R. Imperio *RECIPI* vel *TOLERARI* ſancitur, adeoque vel receptionis vel tolerantiæ prædicatum tam Catholicæ, quam Proteſtantium Religioni accommodatur. Sicut autem Cæſareæ Majeſtati communis omnium trium Religionum protectio, ad effectus Politicos omnibus æquales pertinens, defertur, quin tamen unam tantum profeſſione tenere, & exemplo ſuo præ aliis probare, abſque reliquarum præjudicio, prohibeatur; Ita communis tolerantiæ appellatio, hos etiam effectus civiles non excedens, nullam Religioni Catholicæ ignominiam affert. Diverſa quippe Territoria Imperium ſub ſe continet, quibus Principes ſinguli, proprio quidem, ſed & æquo Jure præſunt. Hi vero diverſis inter ſe ſacris addicti ſunt, ſua utique non approbare vel Orthodoxa, & ideo approbata non cenſere non poſſunt, aliena vero, tanquam heterodoxa a ſe exiſtimata, tolerant, & Lege publica compulſi tolerare tenentur. Quo recte antiquum illud SALVIANI *Lib. V. de Gubern. Dei.* applicari poteſt: "*Apud nos ſunt Hæretici, apud ſe non ſunt. Nam in tantum Catholicos ſe eſſe judicant, ut nos ipſos titulo hæreticæ appellationis infament. Quod ergo illi nobis ſunt, hoc nos illis.*"

illis. Unde tolerantiæ vocabulum æque Catholicis inter Proteſtantes, quam his inter illos, applicatur, & Catholici, qui Proteſtantes a ſe & in Territoriis, Catholico Domino ſubjectis, tolerari credunt, idem quoque de ſuæ Religionis affeclis inter Proteſtantes ſtatuere debent, aut ſtatui ſaltem ex adverſo, indignari non poſſunt; quia, quod uni parti juſtum, alteri quoque juſtum eſſe, & æqualitas exacta inter utriusque Religionis Conſortes ſervari debet; dummodo non ex mera gratia indulgeri, ſed ex Lege deberi alterutri tolerantiam, juxta ſuperius dicta fateantur.

XXIV. Sed & Jurisconſultis utriuſque partis eadem regula juſtam in omnibus moderationem perſuadere debet, ne unquam ultra juſtos ac legitimos limites eandem tolerantiam aut coarctent, aut extendant: ſollicite enim hi ipſi inter tres etiam Religiones per Pacem eandem poſiti atque determinati fuerunt, ne in abuſum trahatur; circumſcriptam & limitatam duntaxat, non omnimodam, præſtat libertatem, ita nimirum exercendam, ne Juribus ſummis Territorialibus, veluti Majeſtati æmulis, præjudicetur, eisque vis, ſive indigna ſubjectio contra formam Imperii inferatur. Sed & hiſce limes poſitus eſt, ne in totalem libertatis conſcientiarum jacturam ſeſe exerere poſſint. Et hæc propterea intra eundem ſunt continenda, prout Leges publicæ, & hæc eadem Pax conſtituit. Id eadem æqualitas Religonum hiſce ſancita rurſus jubet, conſtituit, atque imperat. E contrario prohibet, ne contra hoc principium ſcribendo, aut diſputando, aut docendo impingatur: Quod proviſum eſt §. 50. Art. V. ubi prohibetur, ne

quisquam publice privatimve concionando, docendo, diſputando, ſcribendo, conſulendo tranſactionem Paſſavienſem, Pacem Religioſam, vel hanc imprimis ſive declarationem ſive tranſactionem uſpiam impugnet, dubiam faciat, aut aſſertiones contrarias inde deducere conetur. Eadem ratio quoque conſtituit atque jubet, contra hanc tolerantiam nullas Leges anteriores vim obtinere per eundem §. 50. *quidquid etiam contrarii hactenus vel editum, vel promulgatum publicatumve fuerit, irritum eſto.* Exemplum in *Receſſu Imperii* de anno MDXXX., aliquam ſoli Religioni Catholicæ, tanquam antiquæ, prærogativam præ reliquis aſſerente, & in ipſa etiam Pace Religioſa ſolis Catholicis reſervatum Eccleſiaſticum attribuente, aut ſolos A. C. addictos, ita dictis Reformatis prorſus excluſis, in communionem Pacis civilis recipiente, inveniri facile poſſet; quæ tamen omnes ſanctiones ſoli uni Religioni faventes per poſteriorem hanc pacificationem, exactæ inter utramque partem æqualitatis inductivam, vel correctæ, vel modificatæ dignoſcuntur. Specialius quoque cautum fuit in Art. XVII. §phis 2. & 3. *ne contra hanc æqualem tolerantiam* in I. P. determinatam *Jura Canonica vel Civilia, communia* vel *ſpecialia, Conciliorum decreta, privilegia, indulta, Edicta . . . . ullave alia Statuta, ſive Politica, ſive Eccleſiaſtica, Decreta . . . . unquam allegentur, audiantur, aut admittantur.* Ut denique cœteras Leges taceamus, Via Talionis ac retorſionis vel ſola ſatis ſuperque id perſuadet, quia, quod uni juſtum eſt, id alteri quoque juſtum eſſe cum debeat, nimiæ ejusmodi aut extenſiones, aut coarctationes, uno in caſu & in uno aliquo Territorio propriæ Doctorum eorundem commentantium aut conſulentium Religioni favorabiles, in aliis eidem non

poſ-

Digitized by Google

poſſunt non eſſe damnoſæ: anſam enim non ſemel præbent, aut hucuſque præbuerunt diverſæ Religionis aut Dominis, aut ſubditis, ut aut illi ſuos quoque ſubditos a ſua Religione ad aliam deſciſcentes æquali Jure habere velint, aut hi æqualem adverſus Dominum libertatem prætendant, et, ſuffragante unius vel alterius Doctoris privati calculo, mox acerbius querulentur, aut importunius expoſtulent.

XXV. Jura porro ex tolerantia ſubditis aſſerta atque competentia vel ipſam immediate *Religionem*, & *conſcientiam* attinent, *vel effectuum civilium*, Religioni alias antiquæ ſoli propriorum, ad alias quoque extenſionem & *communicationem*. Quamvis enim ſupra §. XV. præſentis Capitis, ſicut & in ipſa priori DISSERTAT. DOGMAT. CANONIC. *De eo, quod circa libert. in negotio Religion. ex Lege divina juſtum eſt*, ubi in diſcutienda Libertatis conſcientiarum indole occupati fuimus, nihil minus illam, quam internam hominum conſcientiam attingere, ſed totam in externa ſecuritate, & in civilibus atque politicis effectibus verſari aſſeruerimus: aliqui tamen effectus propius & immediatius ipſam Religionis profeſſionem, & ſacrorum opinioni ſubditorum conformium perceptionem reſpiciunt, alii ſolam Jurium Civilium atque communium participationem, tanquam conſecutivam, & ex eadem externa ſacrorum & profeſſionis libertate aut ſecuritate profluam, concernunt, atque ita *mediate* duntaxat ad ipſam conſcientiarum libertatem reducuntur; ut vel inde ſufficiens nobis diſtinctionis ad meliorem argumenti tum illuſtrationem, tum ordinem inſervientis fundamentum præbeatur.

XXVI. Atque inprimis quidem quoad *Religionem* & *Sacra* haud ſimilis horum ſubditorum eſt conditio, quæ reliquorum, qui poſſeſſione anni normalis tuti ſunt. His etenim nullum prorſus Exercitium, nec privatum, nec publicum, debetur, quin in eo tolerantiæ & *Autonomiæ* ſtricte dictæ, ſeu *libertatis conſcientiarum privatæ* indoles atque ratio conſiſtit, quod nullum Exercitium Religionis, nec publicum, nec privatum, involvat. Sedulo enim in omnibus P. W. Tractatibus ipſimet Proteſtantes hoc ab illa ſepararunt, ut videre eſt ex Voto Comitum Franconicorum, & concluſo deſuper concepto

apud Mejern. *Tom. III. Lib. XX.* §. *XXVIII. pag.* 246. *& ſeq.*

Id quod etiam ex locis omnibus de diſtinctione inter diverſas ſubditorum conditiones facienda ſupra allegatis abunde patet.

Conf. Ohnvorgreiflicher Auſſaʒ deren Herren Evangeliſchen zu Münſter *puncto Gravaminum. ibid.* §. 30. *n.* 2. *Art. XIV. pag.* 282. *& ſeq.*

Atque ulterius ita communi utriusque partis conſenſu reapſe concluſum fuiſſe, ex ipſa §phi: *Hoc tamen non obſtante* 31. ad §phum: *Placuit porro* 34. oppoſitione plane conſequitur; ſiquidem prior ille de Statuum Catholicorum Landſaſſiis, Vaſallis & ſubditis cujuſcunque generis, qui ſive publicum ſive privatum A. C. Exercitium anno MDCXXIV. quacunque anni parte habuerunt, pertractat, atque his idipſum perpetuo addicit. Poſterior vero de illis duntaxat Catholicorum ſubditis A. C. addictis, ut & Catholicis A. C. Statuum ſubditis conceptus eſt, qui anno MDCXXIV. publicum, vel etiam privatum Religionis ſuæ Exercitium nulla anni parte habuerunt, nec non,

qui

qui poſt Pacem publicatam deinceps futuro tempore diverſam a Territorii Domino Religionem profitebuntur & amplectentur; & hiſce patientem ſolummodo tolerantiam, nequaquam exercendi alicujus cultus externi, ſuæ opinioni conformis, facultatem ſtipulatur. In ſola proinde privata libertate confitendi & profitendi, non autem exercendi ſuam Religionem horum poſteriorum ſubditorum favor reponitur, qualis libertas ſolam coactionem in negotio Religionis & inquiſitionem, alias Jure Canonico & Civili aut præceptam, aut permiſſam, excludit; pleniſſimum vero illum perpetuitatis, & omnimodæ neceſſitatis, multo minus Exercitii favorem §. 31. aſſertum, neutiquam comprehendit.

XXVII. Cum tamen Religio quælibet ex ſua notione, præter fidem internam, etiam externum quemdam Dei cultum internis illis mentis ideis conformem exigat, adeoque præter fidem internam, ſaltem externam quamdam ejus profeſſionem, aut fidei, amoris, reverentiæque ſuæ erga Deum teſtificationem neceſſariam eſſe, in DISSERT. DOGMAT. CANONIC. *De eo, quod circa Libertatem in negotio Religionis ex Lege Divina juſtum eſt, Cap. VI. §. I. & II.* abunde deductum fuerit; Tolerantia quoque ſimilem externam profeſſionem, ab Exercitio tamen & publico & privato ſedulo diſtinctam, etiamnum importat. *Devotio hæc domeſtica Inſtrum. P. Art. V.* §. 34. vocatur in verbis: *ut patienter tolerentur, & conſcientia libera domi Devotioni ſuæ ſine inquiſitione aut turbatione privatim vacare non prohibeantur.* Privata autem hæc Devotio domeſtica dicitur, qua Paterfamilias cum ſua fami-

lia privatim domique ſuæ ſine Miniſtro Eccleſiæ, nulliſque admiſſis extraneis, orando, precibus, canticis, piis inſtructionibus, aliisque Chriſtianis Exercitiis Deum ſecundum ſuam opinionem colit, atque laudat.

XXVIII. Ab Exercitio proin privato (quod in ædibus etiam privatis, alienis tamen plerumque, non propriis, ad id etiam deſtinatis, quin ullo modo ejuſdem extra parietes ſe exerat, concluditur) inde maxime differt, quod introductionem Miniſtrorum, ſive Sacerdotum, & divinorum munerum, cultumque Lyturgicum, uti Miſſæ celebratio nobis Catholicis dicitur, deinde & extraneos omnes excludat, ſoloſque admittat Domeſticos. Quinam vero Domeſtici proprie dicendi ſint, an ii ſoli, qui in ipſa Domini aut Patrisfamilias Domo unacum Domino conjunctiſſime, & eosdem Penates colentes, iisdem aris fociſve utuntur; an & alii, qui extra Domini ædes, eadem tamen in urbe vel pago, ſed propriis & ſeparatis in Laribus commorantur, ſuasque ſibi res habere cernuntur, ſed quotidie ad miniſterium & qualecunque famulitium Domini & ad ejusdem vel perſonæ ſubſidium vel rerum adminiſtrationem & culturam accedunt? dubium ſatis eſt; & cum Legem expreſſe quid loqui demonſtrari nequeat, ad arbitrarias Judicum quæſtiones remitti, aut Domini ipſius Territorialis arbitrio atque diſcretioni relinqui meretur.

XXIX. Ne tamen nimia domeſticorum extenſio cavillatoria præſertim fiat, Dominus Territorialis merito invigilat, ſeduloque prohibet, ne Domeſticæ devotionis obtentu inter Exercitium Religionis privatum, & ipſam devo-

devotionem Domeſticam, tertia quædam & nova & periculoſa Exercitii ſpecies irrepat, in tempore & opportune mox extinguenda. *Collegia pietatis* illa vocantur, quæ plurium vicinorum ea frequentantium cœtu, absque Miniſtro tamen verbi Dei & eminentioribus Eccleſiaſticis Exercitiis aut functionibus, coaleſcunt, & in ſola, ut ajunt, plurium ejuſdem Religionis ſociorum converſatione mutua, atque pia diſcurſuum collatione conſiſtunt, intactis prorſus, ſi ſuperis placet, ſuperioris Juribus. Hæc autem prohibere Principes, ſedula, qua Reipublicæ tranquillitatem tueri tenentur, ſollicitudo exigit. Clandeſtinis quippe conventiculis pietatis velamine coopertis ſemper ſuſpicionis & periculi plurimum ineſſe, omnis docet experientia, Legibus etiam Imperatorum, & ſanctionibus ſæpe pœnalibus confirmata. Horum Exempla plurima apud THUANUM & alios referri, DECKHERRUS *Conſult. forenſ. Lib. I. Cap. XXXII. n.* 13. ipſemet fatetur, quorum tamen e centenis vix unum reperiebatur, quod non in turbas, publicæ rei peſtes, denique deſiiſſet. Capitulationibus Cæſarum FERDINANDI II. & III. & antea Receſſ. Imper. MDXXX. §. Etliche haben 35. *& ſeq.* merito propterea eadem prohibitio innovata fuit, eique poſthac Domini inſiſtunt. Tanto enim periculo Reipublicæ privata pietas fovenda non eſt, quæ alioquin ſincera ut ſit, in commercio cum Deo conſiſtit, converſationem vero cum hominibus, aut alienarum ædium frequentationem, & coitiones, ſemper ſuſpectas, haud exigit.

XXX. Præterea quamvis ex dictis devotio domeſtica nullum Exercitium, ne quidem privatum, in loco Domicilii, utpote Religioni Domini Territorialis ſoli addicto,

dicto, neceſſario indulgendum involvat; adeo tamen dura non eſt Lex, ut ſubditis id exterius in locis aliis vicinis ſuo cum ingenti labore atque incommodo quærendi facultatem adimat, *ſed ut etiam in vicinia, ubi & quoties voluerint, publico Religionis Exercitio intereſſe poſſint*, diſerte indulget. Quæ verba: *ubi & quoties* cum ſatis amplam ſubditorum hac in re optionem denotare videantur, & Lex ipſa noluerit præſcribere ſubdito, quo in loco & quoties Deo publica Devotione ſervire velit, vel non ſervire debeat; pro favore Religionis, ampliandaque exeundi non cavillatoria licentia viciniæ hujus æſtimationem etiam late interpretandam eſſe, haud abnuimus, illamque putari etiamnum viciniam non diffitemur, ubicunque alterius fidei Exercitium haberi poteſt, quibuscunque etiam milliaribus a Domicilio ſubditi locus ille, in alieno licet territorio diſſitus, inveniatur.

XXXI. Publicum vero duntaxat Exercitium, cui foris in vicinia intereſſe ſubditis liceat, exprimitur; an proinde privato in vicinia eadem exiſtenti intereſſe prohibendus ſit? dubitatur: Ipſum enim vocabulum *privati Exercitii* longe a publico diverſum extraneos id frequentaturos excludere videtur. Neque ipſe toleratus utpote omni Exercitio vi Legis deſtitutus, neque tertius privato gaudens hanc extranei admiſſionem prætendere poterit, neutrius ad hoc actio fundata eſt, & fruſtra reclamare Deckherro *Conſult. forenſ. Lib. I. Part. I. Cap. XXXII. num. 6. & ſeqq.* videtur libertatis conſcientiæ non tam reſtringendæ, quam ampliandæ favor argumento prætenſo, a majori ad minus, a publici nimirum conceſſione ad privatum, affirmative deducto ſuffultus.

ctus. Siquidem ampliatio hujuſmodi immediate Jus tertii, Domini nimirum Territorialis, in ipſa ſuperioritate & ſimul præſcriptione excluſiva fundari, & eandem ſuæ conſcientiæ libertatem in non tolerando ſubditum, ultra terminos a Lege præſcriptos egredientem, æquiſſimo Jure ampliaturi, in diſcrimen adducere eidem videtur, ſi ſine Lege & ratione inferioris cujusvis ampliationes inclamantis arrogantiæ, & præcoci ſubditorum opinioni cedere cogeretur. Poſt longinquas demum altercationes permiſſam fuiſſe viſitationem Exercitii publici extranei, imo Illuſtres quasdam Reſpublicas etiam hanc mordicus ſuis denegaſſe, pluribus exemplis ita docentibus, idem Deckherrus *loc. cit. n.* 17. affirmat: nimium proinde peti, ſi etiam privati, de quo altum ubique ſilentium, frequentationem ab invito Domino argumentis, quæ nec Dialectici, a majori ad minus affirmative argumentari dedignaturi, admitterent, infirmis, imo abſurdis inverecunde extorquere præſumerent. Hæc ille quoad ſubſtantiam ſaltem (cum & verba ejuſdem referre, ob nimiam ſtyli obſcuritatem incongruum viſum fuerit) vindex in omnibus Juris atque Superioritatis Territorialis acerrimus, & ſinceræ Pacis literæ cuſtos exactus. Dominos tamen Catholicos tanto rigori inſiſtere, vix expedire videtur, ſed & ſimilem a Dominis Proteſtantibus erga ſubditos ipſorum Catholicos, poſſeſſione anni Normalis deſtitutos, indulgentiam pari Jure expectant, cum ex ipſis Actis atque Tractatibus P. W. conſtet, ab initio ſolius exercitii publici mentionem factam, privati vero expreſſam denominationem ipſimet §pho: *Hoc tamen non obſtante* 31. ſerius inſertam fuiſſe. Hoc ipſo autem, quod privatum Exercitium ſub publico jam

comprehendi, indeque expreſſam ejus, diſertamque mentionem potius ſuperabundare, ibidem cauſati fuerint Catholici; idem Juris in §. 34. obtinere, haud refragabuntur.

XXXII. Ad eadem porro Jura, Religionem ipſam & Conſcientiæ libertatem immediate tangentia, educatio quoque liberorum pertinet, quam patria poteſtas, per tranſitum certe ab una Religione ad aliam nequaquam amittenda, cujusque conſcientiæ imponit. Curas enim parentum Chriſtianorum erga liberos ſuos non modo circa ſuſtentationem corporum, ſed & ſalutem animarum vel maxime occupatas eſſe convenit, ut juxta monitum Apoſtoli Epheſ. V. v. 4. *omnis educatio fiat in diſciplina & correptione Domini.* Qui autem graviſſimos conſcientiæ ſuæ remorſus non ſentiat is, qui liberos ſuos, tanquam chariſſima pignora, alienæ Religionis principiis imbui videat, quam ipſe abominatur, totoque pectore velut erroneam averſatur, neglecto videlicet eo educationis modo, quem ceu optimum in ſemetipſo hactenus approbaverat? Si eos admittere deberet fidei Magiſtros, qui ipſimet ſuſpectæ ſunt fidei, qui exemplo ſuo iiſdem prælucere, aut genuina præcepta, ad veritatem cœleſtem perducentia, ſuppeditare non poterunt, quam nec ipſi vere cognoviſſe, aut licet ipſi cognoſcere potuerint, ſemper tamen opprimere Patri videntur, qui aut plane educationem & inſtitutionem illorum negligent, aut, ſi ſuſcipiunt, maximo cum animæ & ſalutis periculo conjunctam gerent, quippe quod lubrico ætatis decepti tenerorum animi ea, quæ ante oculos poſita vident, facile ſectentur. Atque ut finis hic obtineatur, liberum ejus-

modi

modi ſubditis mediorum uſum concedi, neceſſe omnino fuerat, ita, ut ſi in loco, ubi degunt parentes, occaſio atque copia inſtructionis, ſuæ Religioni conformis, non detur, foris rurſus eandem requirere eisdem liceat, atque vel præceptoribus vicinarum ſcholarum, vel etiam accitis aliunde privatis domi præceptoribus, parentum Religioni addictis, committere non prohibeantur diſertis ejuſdem Art. V. §. 34. verbis : *Liberos ſuos exteris ſuæ Religionis ſcholis, aut privatis domi præceptoribus inſtruendos committere non prohibeantur.* De hac libertate, non ubique exacte adeo a Dominis Territorialibus etiam Catholicis, ſubditis ſuis ſervata, Proteſtantes quandoque apud FABRUM in der Staats-Canzley *Tom. V. pag.* 85. *&* *Tom. XV. in princ.* conqueſti fuiſſe, leguntur, ſed & reſtitutam fuiſſe *Tom. X. pag.* 805. *&* *Acta publica* ibidem relata loquuntur, adeoque & ſemper, ni juſtam querulandi anſam ſubditis ſuppeditare velint, neceſſario poſthac ſervandam.

XXXIII. Duo autem ſunt, quæ diſerta Pacis litera ſuggerit, & optioni ipſorummet ſubditorum relinquit, inſtitutionis hujuſce in Religione parentum filiis procurandæ media: miſſio ſcilicet eorum ad extraneas, vicinasque ſcholas, aut privatorum domi præceptorum ſuſtentatio. Non æque tamen utrumque hocce medium a ſuprema Principis inſpectione exemptum cenſetur. Prius enim illud inſtructionis per miſſionem liberorum ad exteras in vicinia ſcholas quærendæ medium magis innoxium, adeoque, ut magis ſuprema ſuperioritatis Territorialis inſpectione exemptum, facile comprobatur. Hoc vero poſterius per accerſitionem & ſuſtentationem privatorum domi Præceptorum majoribus ſemper ſuſpicionibus, at-

que inde acrioribus quoque contradictionibus in ipſis Tractatibus P. W. obnoxium fuit, uti

apud MEJERN. *Tom. IV. Lib. XXXIII. §. XXIX. pag.* 973.

conſtat, ubi Legati ipſimet Cæſarei acerbe ſatis de motibus, per privatos ejusmodi Præceptores in Auſtria concitatis, ex propria experientia conqueruntur in verbis: Man habe es wohl in Oeſterreich erfahren, wie es hergangen, da die Augſpurgiſchen Confeſſions-Verwandte von denen Univerſitäten Wittenberg, Tübingen und anderen Orten junge Leuthe etwan von 20. Jahren zu ihrer Kindern Præceptorn angenommen, welche des Tumultuirens auf Univerſitäten gewohnet geweſen, und Unruhe angeſtifftet ꝛc. Unde quamvis & hoc medium communi conſenſu demum conceſſum fuerit; Dominus tamen Territorialis prohiberi haud poteſt, quo minus qualemcunque & quorumcunque horum admiſſionem mero liberrimo prorſus ſubditorum arbitrio non relinquat, ſed circa perſonas Præceptorum ejusmodi privatorum ſedulo invigilet, ne tales admittantur, qui domeſticæ inſtructionis limites prætergredientes, in alienam meſſem falces immittere, aut ſua perſuaſione alios ad eandem Religionem permovere attentent, indeque turbas in populo, Domino Territoriali ſemper periculoſas, excitare queant, aut ſaltem pro viribus contendant. Quo ſcite omnino accomodanda videtur doctrina ZIEGLERI *de Jur. Majeſt. Lib. I. Cap.* 23. §. *I.* in verbis: „Etſi non Magiſtratibus tantum Muncipalibus inter Cives „ſuos, ſed ſingulis etiam civibus domi ſuæ Præceptores „conſtituere liceat liberis ſuis; quia tamen intereſt Rei„publicæ, non in fide tantum vera, ſed etiam moribus „civitati conformibus juventutem informari, circumſcri-

„ben-

„benda eſt civibus iſta libertas, & ultima atque ſumma „harum rerum cura vindicanda Majeſtati, & hæc cauſa „eſt, quod Sereniſſimus Saxoniæ Elector, non eos tantum „Pædagogos, qui trivialibus ſcholis præficiuntur, ſed alios „etiam quoſcunque Præceptores, qui privatim educandis „inſtituendisque pueris operam impendunt, Superinten„dentis vel Paſtoris inſpectioni ſubjecerit. *Vid. Ordin.* „*Eccleſ.* Tit. Von Winckel-Schulen. Non ignarus, ne„glectam in civitatibus atque inſuper habitam diſcipli„nam irrecuperabili damno ſui contemptum ſolere ulciſci. „Unde & privatas ſcholas debere viſitari, recte poſt alios „concludit JOAN. BAPT. COSTA. *de aut. Rat. qu.* 89. *n.* 3. Quod enim Domino reſpectu ſubditorum ejuſdem ſecum Religionis ex libero Juris ſui Territorialis exercitio permiſſum, ex ipſorummet Proteſtantium doctrina, ſtatuitur, idem quoque a ſubditis in Religione diſſentientibus in juſtum violatæ libertatis ſuæ conſcientiæ, quæ ſemper Juribus Territorialibus innoxia ſupponitur, & eſſe debet, gravamen allegari haud meretur.

XXXIV. Atque hæc de evocatione Præceptorum pro inſtruendis in Religione parentum a Domino Territoriali diſſentientium liberis ægre quidem, communi tamen Statuum compaciſcentium conſenſu demum accedente, firmata fuere. Similia fuerunt etiam Proteſtantium poſtulata circa evocationem Miniſtrorum ad Sacra ſubditis ſecundum fidem vel opinionem ſuam adminiſtranda. Et iis quidem ſubditis, qui publicum Religionis Exercitium anno MDCXXIV. habuerunt, poteſtas eadem abſolute permiſſa videtur, ſi caſus, qui rarus eſt, daretur, publicum Eccleſiæ Miniſtrum ibidem vel non exiſtere, vel ex-

iſtentem quidem, caſu tamen abſentem, ob moræ periculum expectari non poſſe. Quin etiam, qui ſolo privato tum temporis exercitio gaviſi fuerant, alium pro ſuo ac ſuorum commodo & ſalute Miniſtrum aliunde evocandi permiſſionem illimitatam habituri erunt, dummodo intra ceremonias, ſoli privato proprias, ſeſe contineat. Quoad eos vero, qui nullum habuere, & de quibus unicus nobis ſermo hic eſt, utpote ſuæ tantum devotioni domeſticæ ex dictis in P. W. relictos, nihil lege ſcripta definitum comperitur. Unde negatum eſſe merito infertur, cum clauſula iſta de advocatione Miniſtrorum extraneorum a Proteſtantium Statuum Legatis ſuo Inſtrumenti Pacis conficiendi projecto ſollicite inſerta ſtudioſe in ipſo poſtmodum omiſſa fuerit, et, illa inſuper habita, ſubditi ſimpliciter ad locum, ubi Exercitium publicum viget, extraneum ablegentur. Inter actus tamen utrique Religioni *communes*, & inter actus ſingulis *proprios* haud abſque fundamento diſtinguimus. *Communes* eos dicimus, quos ex conſenſu & Doctrina utriusque partis Miniſter quilibet utriuscunque Religionis, ſive Catholicis ſacris, ſive Proteſtanticis ſit addictus, valide peragit. Quales ſunt Baptismum adminiſtrare, ſponſos proclamare, ac ritu nuptiali *benedictione ſacerdotali* initiare, funerare mortuos, & conciones funebres habere &c. *Proprii* vero cenſentur, qui propriæ & ejusdem Religionis Miniſtrum ad validitatem ſuam neceſſario requirunt; uti Miſſarum celebratio, confeſſionum exceptio, ſacræ Euchariſtiæ & extremi præſertim Viatici adminiſtratio. Circa priores ſive *communes* actus fundata potius eſt Miniſtri, diſſentienti licet a ſubdito Religioni addicti, in loco exiſtentis intentio, cum eo ipſo, quod actus hi utrique Religioni communes ſint, nihil

hil

hil per hoc ſubditorum conſcientiæ contrarium injungi dignoſcatur. Imo multo magis actus ejusmodi Miniſteriales ad Jura Parochialia pertinent, quæ ex poſſeſſione anni Normalis dijudicanda videntur. Ita judicavit Facultas Juridica Wittenbergenſis in Sachen des verordneten Advocati Fiſci an einen und des Syndici des Convents des Jungfern-Cloſters Altenhaliensleben Beklagte am andern Theil per Sententiam in Conſiſtorio Magdeburgenſi die XXII. Martii MDCCXIV. publicatam: Daß zuforderſt Beklagte das angezogene Betugnus in vier Wochen, Klägers Gegenbeſcheinigung und andere rechtliche Nothdurft in ebenmäßiger Friſt vorbehaltlich, beyzubringen ſchuldig, & poſt abſolutam demonſtrationem Conventus Jurisconſulti Francofurtenſes per Sententiam die XXVII. Auguſt. MDCCXVI. publicatam judicarunt: Daß Beklagte dasjenige, was Ihnen zu beſcheinigen auferleget, und Sie ſich angemaſſet, nicht beygebracht, deßwegen Ihnen nunmehro bey 200. Rthlr. Straf anbefohlen wird, die Actus Miniſteriales des Tauffens, Copulirens, wie auch Leichen-Begleitungen nicht durch ihre Patres, ſondern der Policey-Ordnung gemäß, durch den Evangeliſchen Prediger des Orts ſo lange verrichten zu laſſen, und denſelben, wie auch den Schulmeiſter auf keinerley Weis zu beeinträchtigen, bis Sie rechtlicher Gebühre nach erwieſen, daß an ſelbigen Ort anno 1624. einige Catholiſche Unterthanen wohnhafft geweſen, bey denen ihre Geiſtlichen obgemeldte Actus exerciret. Würden ſie ſolches nicht thun, ſo ergehet wegen denen bisherigen eingeſtandenen Eingriffe Contraventionum contra Legem publicam ſowohl, als der verurſachten Unkoſten halber ferner, was recht iſt.

Quæ

Quæ ſententia poſtea per tres adhuc alias, Jenenſem ſcilicet de XXXI. Martr. MDCCXVIII., Facultatis Juridicæ Hallenſis die XIV. Novembr. ejuſd. anni, & ſupremi appellationum Judicii Berolinenſis die X. Mart. MDCCXXII. fuit confirmata.

Confer. BOEHMER. *Jur. Eccleſ. Tom. III. pag.* 459.

Ordinatio autem ipſa politica Magdeburgica, ad quam provocat prælaudata Sententia Cap. VI. §. XVI. hujus eſt tenoris: Daß auch die Römiſch-Catholiſche Clöſter keinesweegs ſich anmaſſen ſollen, der Clöſter Catholiſche Unterthanen ihre Kinder zu tauffen, es wären dann am ſelbigen Ort einige Römiſch Catholiſche Untertnanen im Jahr 1624. wohnhafftig geweſen, und derſelben Kinder damahls von Ihnen getauffet worden. Atque hæc contra Catholicos Presbyteros ita deciſa in aliis quoque caſibus in favorem Parochorum Catholicorum adverſus Proteſtantium Miniſtros extraneos obtinere debebunt; adeo, ut contraria ZIEGLERI *de Jur. Majeſt. Lib. I. Cap. XIV. §. IV.* deciſio ſatis comprehendi nequeat, ubi Quæſtione eadem propoſita: *Utrum Parochianus A. C. addictus, ſed in pago Pontificio habitans alibi in vicinia petere & facere poſſit, ut illic infantes ex ſe nati Baptismi Sacramento initientur?* Reſponſum aliud ejuſdem videlicet Facultatis Juridicæ, Wittenbergenſis, refert, quo ex conceſſa exterius quærendi Exercitium Religionis publicum facultate (cum ad id liber Sacramentorum uſus, & præſertim baptismi Liberis maxime neceſſarii perceptio pertinere ipſi videatur) etiam licentiam infert, præterito Parocho Catholico, Liberos ad extraneum ſaltem exportandi. Jus igitur talionis & retorſionis hic merito exigunt Catholici, & quoad

ad

ad actus *communes* & per conſequens *indifferentes* adeo evocationem extraneorum prohibent, ut potius ad proprium Parochum, licet in Religione diſſentientem, eos compellant. Circa actus vero *proprios* quominus ſubditus extraneum Exercitium quærat, & accedat, prohiberi ſane ex eadem Libertatis conſcientiæ ratione, & diſerta Legis conceſſione nequit. Exemplum eſt in uſu ſacræ Cœnæ, cujus adminiſtrationem ut ſubditi a diverſæ Religionis Miniſtris petant, cogi nunquam poſſunt. Turbaretur enim hoc modo ipſorum conſcientia, cum in Doctrina de ſacra Cœna omnes haſce tres inter Religiones totalis & eſſentialis intercedat differentia. Hi ergo actus ubi quæri per integram valetudinem apud extraneos poſſunt, res eſt expedita.

XXXV. Quid? quod eadem advocationis extraneorum Miniſtrorum quoad actus etiam hoſce *proprios* prohibitio, rigore Pacis Weſtphalicæ attento, ad caſus etiam extremæ neceſſitatis, uti ad noviſſimam in caſu ultimæ infirmitatis animæ conſolationem, ad peccatorum Confeſſionem, & ſacri Viatici uſum merito extendenda venit. Ad hunc quippe caſum potiſſimum reſpexerant ipſimet Proteſtantium Statuum Legati, ubi antea advocationem extraneorum Miniſtrorum hiſce ſubditis, Exercitio omni carentibus, permittendam indiſcriminatim petierant, poſtea nimia Catholicorum renitentia atque difficultate deterriti, modeſtiores aliquanto & verecundiores effecti ipſimet nonniſi ad hunc caſum extremæ neceſſitatis, & quidem ad debitas etiam cautelas tum adhibendas ſuam petitionem reſtrinxiſſe leguntur.

Conſ. Ohnvorgreiflicher Auſſaz deren Herren Evange-

ſchen zu Münſter *in puncto Gravam.* apud Mejern *Tom. III. Lib. XX. §. XXX. Num. II. pag.* 283. in Verbis: Sollen die Unterthanen bey der Libertät ihres Gewiſſens ohnbeirret gelaſſen, . . . wie auch in Caſu neceſſitatis, ſonderlich bey ungeſunden Zeiten und zuſtehenden Schwachheiten, zu Copulationen, Kindtauffen, und Verſehung der Kranken mit Troſt und dem Heil. Abendmahl Evangeliſche Prediger (die ſich gleichwohl in terminis ſolcher actuum und auſſer deren ohnverweislich zu verhalten) aus der Nachbarſchaft hohlen zu laſſen, von den Catholiſchen Magiſtrat jedes Orts ganz ohnverwehret, und ohngehindert verbleiben. Sed cum ingens ſit inter deſideria unius partis & alterius conceſſiones, inter flagitationes unius & conſenſum alterius hiatus, neque tam ad unius partis propoſita, quam ad communem utriusque conventionem attendendum ſit; ex ſolitaria illorum petitione nulla Dominis Catholicis impoſita id, hoc etiam caſu, permittendi neceſſitas infertur. Unde Magiſtratibus atque Principibus male vertendum non eſt, ſi ſubditis obvia quævis & opportuna in quærendi aut quæſiti alicujus novi Juris argumentum, in Dominorum præjudicium, & in odioſas conſequentias trahere & arripere ſolitis occaſiones debilitandi Legem, rerumque novandarum ſtudia præcidere, ſua vero Jura tenaciſſima rigiditate exequi ſtudeant, publicæ magis utilitati, & ſecuritati, quam privatorum voluntati proſpiciendum rati, ſuum hac in re arbitrium tueantur; niſi quandoque vicinorum alterius Religionis Dominorum indulgentia mitiora & ipſis conſilia ſuadeat, quæ magis propriæ Religionis favor, quam ſubditorum diſſentientium amor ſuggeret. Atque ita hæc Miniſtrorum extraneorum evoca-

tio in caſu extremæ neceſſitatis ad ea præcipue Capita reducitur, in quibus Catholici nulla quidem Lege publica adſtringi ſe paſſi ſunt, temperamentum tamen æquitatis, ſuo duntaxat arbitrio relictum, non omne reſpuunt, uti in materia non adeo diſſimili (*Conf. ſupra Capitis II. §. XIII.*) edixerunt: Die Obrigkeiten mögten in dergleichen-Religions-Sachen von ſelbſten ſolche billige und Chriſtliche temperamenta gebrauchen, damit ſich derentwegen jemand zu beſchwehren einige befugte Urſach nicht haben möge. Atque temperamenti ejusmodi expreſſe concedendi humilis & ſubmiſſa petitio magis etiam ſemper ſubditis ſuadenda eſt, quam ingenioſa illa & occulta media ſæpe indigna, periculoſa ſemper, quibus Domini rigorem aliqua ratione circumvenire, & miſeri Peccatoris inter vitæ & mortis confinia tremulis veſtigiis hærentis, atque fatalem & decretoriam horam ipſum ad Dei tribunal peccatoribus tremendum evocaturam moribunda inter ſuſpiria expectantis miſeriæ conſulere conantur.

XXXVI. Huc demum generale illud & plurimarum aliarum concluſionum, circa effectus Religionem ipſam & internam conſcientiam propius & immediate concernentes, feraciſſimum principium pertinet, quod æque his ſubditis, modo poſt P. W. ad alia ſacra deflectentibus, adeoque nulla anni Normalis poſſeſſione tutis, ac aliis etiam publico vel privato Exercitio inde præditis nihil injungi poſſit, quod Auguſtanæ Confeſſioni, eorum Conſcientiæ, ritibus, & Ceremoniis repugnet. Amplum enim Principis Jus circa adiaphora ſive indifferentia in ſubditos etiam diſſentientis Religionis defendit Thomasius in Diſſ.

hac ſuper re edita & inſcripta: *De Jure Principis circa adiaphora*: nunquam tamen eo extenſum, ut ad internas etiam ſubditorum conſcientias ſeſe porrigat. Suprema enim Majeſtas Civitatis moderatrix, voluntatum tantum Domina, vel, ſi & hæ interno murmure reluctentur, actionum ſaltem externarum, non intellectuum & conceptuum internorum Domitrix, cenſetur; atque ideo in ſubditorum Judicia de divinis rebus atque cœleſti Doctrina imperium non extendit. Et quamvis ex ſupradictis Exercitii cujusdam externi conceſſio, & ejus vel ampliatio, vel coarctatio multum ex Domino Territoriali pendeat, & ante hanc P. Weſtph. conſtitutionem pleniſſime atque liberrime dependerit, in ejuſque manibus fuerit definire, publicene civibus, an privatim, aut plane ad ſuum cuique domeſticum focum ſacra facere permiſſum eſſe deberet, aut permittere ipſemet vellet; ipſa tamen cultus externi cujusque ratio, quippe quæ ab interno dependet, præſcribi diverſæ Religionis ſubditis nequit. Id ipſum quoque Epiſcopis quondam per P. R. injunctum novimus, qua necdum totaliter Jurisdictio eorundem Eccleſiaſtica ſuſpenſa fuerat, ſed iis tantum in caſibus, qui A. C. ritus & Ceremonias ſubditorum Religioni proprias concernebant; in cœteris vero rebus & cauſis utrique Religioni communibus ſuo etiamnum in vigore conſervata exerceri poterat, ea tantum ſub limitatione, nequid eorum conſcientiis adverſum occaſione proceſſus injungeretur. Unde quidem adverſus ejusmodi ſubditos Dominorum Catholicorum modo ad A. C. transeuntes, utpote qui in anno Normali Jurisdictionem vere & proprie dictam Eccleſiaſticam antiquam Epiſcoporum etiamnum agnoverunt, eadem hodiedum extenſa, ex ipſa Art. V. §. 48.

lite-

Digitized by Google

ſtera haud difficulter, ſi Epiſcopo libeat, aſſeri poterit; ſed ſalva tamen ſemper conſcientia, & ipſorum Religione, cui ut contrarium quid admittant, nulla nec Territoriali Principis, nec Eccleſiaſtica Epiſcopi poteſtate compelli poſſunt.

XXXVIII. Cœterum opus haud erit, plures, ex generali regula mox aſſerta, adducere caſus ſpeciales, & Jura peculiaria, quibus ex eadem ſubditi in diverſæ Religionis Territorio gaudent, cum ex generali hac Theſi ea deducere, tanquam concluſiones ex præmiſſo principio neceſſario derivatas, res ſit cuique obvia & in aprico poſita. Pauciores duntaxat diverſis hactenus illuſtribus controverſiis agitatas commemoramus. Ita imaginum cultus, auditio Miſſæ, Sanctiſſimi adoratio & genuflexio ab iiſdem exigi nunquam valebit, quamvis eorundem profanatio, aut turbatio, ignominioſa & ſtudioſa dehoneſtatio non immerito ob civilem quemdam reſpectum & in reverentiam Domini interdicatur & puniatur. Qua ex ratione etiam formulis, in Juramento a Catholicis adhiberi ſolitis, non ſunt adſtricti. Formulam hanc Juramenti apud Catholicos & in univerſo antehac Imperio uſitatam exhibet A. B. Tit. II. §. 3. *Sic me Deus adjuvet, & omnes Sancti.* Mutatam vero eſſe hanc formulam, illamque ſubſtitutam: *Sic me Deus adjuvet, & ſanctum ejus Evangelium*: ab Electoribus A. C. addictis in conſultationibus de MAXIMILIANO II. in Regem Romanorum anno MDLXII. eligendo celebratis teſtatur GOLDAST. *in Polit. Imp. P. I. Diſcurſ.* 9., quod & in ſequentibus electionibus ad noſtra uſque tempora obſervatum fuit. Quin & ipſi Imperatores formula iſta

hactenus uſi ſunt, uti apparet ex Capitulationibus eorundem jam inde a MAXIMILIANO II. ad noſtra uſque tempora continuatis. In Judiciis quoque & foro formula illa jurandi ſanctorum invocationem continens olim fuerat uſitata; atque ita in Camera liberum fuit, Aſſeſſoribus & aliis perſonis in hoc Judicio occupatis una vel altera harum formularum pro cujusque arbitrio uti: Den Eyd zu GOtt und denen Heiligen, oder zu GOtt und auf das Heil. Evangelium zu thun; qui antiquus jurandi mos in R. I. Comit. Spirenſ. de anno MDXLIV. §. So viel das recht ꝛc. expreſſe confirmatus fuit, & repetitus in Tranſact. Paſſav. anno MDLII. §. Und ſoll auch alles ꝛc. in fine. Poſtea tamen ad evitandas confuſiones, ex diverſitate formularum iſtiusmodi orituras, in R. I. anno MDLV. §. & verbis: Und dann dieweil beyderſeits Religions-Verwandte an dem Kayſerlichen Cammer-Gericht anzunehmen; aber ſich der eine Theil den gewöhnlichen Eyd in der Form zu GOtt, und denen Heiligen zu ſchwöhren beſchwert, derwegen in Paſſauiſchen Vertrag die Form der Beyſitzer und anderer Perſonen, ſo ſchwöhren ſollen, frey geſtellet; daß die Form des Eyds oder Juraments (allerhand ungereimtes, ſo aus dieſen zweyſpaltigen Formen am Kayſerlichen Cammer-Gericht künfftiglich erfolgen mögte, zu vermeyden) auf eine gewiſſe Maas, als nemlich auf GOtt, und das Heil. Evangelium zu ſtellen, communi Statuum placito decretum fuit, ut in poſterum indiſtinctim utriuſque Religionis perſonæ, nulla invocationis Sanctorum mentione facta, juxta formulam nec uni, nec alteri, Religioni contrariam jurarent. Id, quod & eodem anno ita expeditum in *Ordin. Cam. P. I. Tit.* LXXI.

Digitized by Google

LXXI. uſque ad finem. Permanſit vero ritus ille jurandi per Deum & Sanctos in multis Catholicorum Curiis ad hodiernum uſque diem in viridi obſervantia, ut teſtatur Ayrer. *in Proc. P. I. Cap. 6. Obſerv. 5. num.* 3. apud nonnullos tanta cum pertinacia retentus, ut formulas iſtas etiam in Inveſtituris Feudorum a Vaſallis ſuis Proteſtanticæ Religioni addictis Juramentum fidelitatis præſtantibus, obſervari rigide contenderint. De hoc quoque gravamine anno MDXCIX. conqueſti erant Status Proteſtantici apud Cæſarem RUDOLPHUM II. in Comitiis Ratisbonenſibus; quas etiam querelas in Tractatibus P. W. in Gravaminibus anno MDCXLVI. oblatis Gravamine III. apud Mejern. *Tom. II. Lib. XV. §. II. pag.* 527. iterarunt in verbis: Bey vorgehenden Lehens-Veränderungen wollen Ihnen die Belehnungen, ohne vor abgelegten Juramento Religionis nicht widerfahren: & ita formularum hujusmodi abolitionem anxie efflagitarunt, ſed propter antiquitatis obſervantiam a Statibus Catholicis oppoſitam non ubique impetrarunt, teſte Limn. *A. B. pag.* 263, merito tamen concedendam. In Judiciis certe ſi Catholicus adverſario ſuo, Proteſtantium ſacris addicto, Juramentum ſub invocatione Sanctorum præſtandum detulerit, hic vero formula in Sanctum Dei Evangelium concepta juraverit, ratum habebitur Juramentum, licet intentioni deferentis non reſpondeat. Etiamſi enim regulariter illud demum Juramentum idoneum habeatur, quod ab adverſario eo modo præſtatur, quo ab exigente præſcribitur; cum tamen Proteſtanticus tale Juramentum acceptans illud pro ſuperſtitioſo & impio reputabit, & ſic ipſe Actor nihil aliud, quam ut ſcopo & fine ſuo fruſtretur, ſibi promittere poſſit; permit-

ten-

tendum ipſi tutius erit, ut Juramentum fidei & libertati etiam utriusque conſcientiæ conveniens præſtet, quod ratione obligationis intentioni deferentis erit æquipollens, cui alias, ſi ſecundum formulam præſcriptam juraſſet, ſatisfacere cum effectu non ita, uti ab ipſo exigebatur, potuiſſet. Quæ etiam ratio peſuaſit, ut ipſis adeo Judæis non propria tantum formula, ſed & diſtincta ſollennitas, cui ſoli carnalis ille populus alligari obligationem & Juramenti inviolabilitatem credit, permittatur.

XXXVIII. Recte proinde his & ſimilibus in cauſis ſubditi diverſis Religionis ſuæ & conſcientiæ principiis adverſus diſſentientis Principis & Domini territorialis Imperium ſeſe tuentur. Sed & inſignes pietatis & conſcientiæ abuſus a ſubditis adverſus Principem perſæpe obtendi, refert DECKHERRUS *Conſult. Forenſ. Lib. I. Cap. XI. num.* 19. cum plerumque confundi illa promiſcue & in proficuos cuique fines a ſubditis indiſcriminatim aſſumi ſoleat; Unde privati Juris immanis intumeſcentia, publici econtra ſæva concuſſio haud raro ſequatur. Conſcientiam & pietatem ſibi quisque ſua voluntate conſtituit, & favorabili ejuſdem vocabulo non ad proximi tantum, ſed & in ſui ipſius, in legitimi præſertim Superioris ac Domini Territorialis injuriam, ſæpe abutitur. Quandocunque privatæ opinioni non libuerit publicis Legibus parere, in omnibus juſtis & æquis ſupremum Territorii Dominum revereri, & Inſtrumenti Pacis Legibus ſe ſubmittere; ſcrupulo conſcientiæ ſe diſtineri ſubditi cauſantur & inclamant, ſed ea ſuam vel nequitiam, vel inſaniam, vel pertinacem inobedientiam operiunt, non pietatem, aut Religionem defendunt.

XXXIX.

XXXIX. Huc omnino pertinet cauſa illa Calendarii ita dicti Gregoriani, quæ per ſæculum & amplius novum Frydos pomum Catholicos inter & Proteſtantes poſuit. Hæc ſane cauſa ad rationes politicas magis reſpicit, cum id omne negotium in diſtinguendis, dirigendisque temporibus conſiſtat. Principis autem intereſt, quietis publicæ cauſa, & ad majorem concordiam inter ſubditos ſtabiliendam, providere, ne feriarum duplicatio agriculturæ & negotiationibus, libero etiam juſtitiæ adminiſtrandæ curſui, & actibus judicialibus præjudicium afferat. Idem ipſimet Status Proteſtantes jam inde ab exordio hujus controverſiæ faſſi fuerunt, Calendarii videlicet ordinationem ad politica pertinere, & vel ex hac ſola ratione (cum non tam res, quam nomen diſpliceret) Gregoriani receptionem detrectarunt, eoquod ejuſdem conſtitutione Summus Pontifex in Politica Imperii ſuam denuo porrigere Authoritatem, ipſis videretur. Subditi proinde Proteſtantes cum in Politicis pleno Jure Domino Territoriali utut Catholico ſubſint; dici profecto nequit, conſcientiis eorum vim aliquam inferri, ſi circa hanc cauſam tanquam mere policam diverſum quid diſponat, & certi alicujus Calendarii præ altero receptionem injungat. Eadem potius, quam Proteſtantium Status tanquam præcipuam ſuæ contra Calendarii Gregoriani receptionem contradictionis cauſam prætenderant, quaſi ejuſdem præſcriptione in ſupremam Imperii poteſtatem legislativam lento velut paſſu rurſus irrepere conaretur, querela in Status eosdem A.C. addictos recidit, dum eorundem Miniſtri & Legati ſub prætenſo Corporis Evangelicorum nomine emendatum ſuum, ut dicitur, Calendarium Catholico-

rum Statuum ſubditis, in alienis proinde Territoriis, promulgant & imponere attentant, nihil penſitantes ſeveram illam ſanctiſſimamque P. W. prohibitionem, ne quisquam Statuum ab altero, vel aliis in libero Juris Territorialis tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis Exercitio, ſub quocunque prætextu, turbetur, aut impediatur. Quid? quod etiamſi ad Eccleſiaſtica referri velit, ſtante tamen hoc rerum ordine, & Pacis litera citra vim conſcientiæ illatam cujuscunque Calendarii receptionem præcipere, ejuſdem poteſtatem non excedit. Eidem enim Jurisdictio quoque Eccleſiaſtica in ſubditos diſſentientes competit, modo nihil Conſcientiæ & Religioni repugnans, aut poſſeſſioni in anno Normali habitæ contrarium ac præjudicioſum ipſis injungat. In poſſeſſione autem obſervantiæ Calendarii emendati, tanquam medio ſæculo poſterioris, eſſe per rerum naturam non poterant; & contradictio, a Statibus Gregoriano antehac oppoſita, tanquam ſola prætenſa Juris Territorialis violatione nixa, iisdem ſubditis, tanquam tertiis, velut exceptio de Jure tertii, nequaquam ſuffragatur: poſteriorem vero alterutrius præceptionem Conſcientiæ & Religioni non repugnare, patet ex Reſponſis variarum Facultatum Theologicarum & Juridicarum, quæ omnes in famigerata cauſa Hohenlohica obſervantiam alicujus præ altero Calendarii non afficere conſcientiam cenſuerunt. Celebratio equidem Paſchatos ad Religionem pertinet; determinatio autem & deſignatio temporis, quo illud celebrari debeat, indifferentibus & adiaphoris rebus reſpectu trium iſtarum Religionum, nihil hac in re inter ſe diſcrepantium, jure merito accenſetur. Accedit, quod Calendarium Ita dictum emendatum juſſu ſic dicti Corporis Evangelicorum

rum

rum editum ad hodiernum uſque diem in variis ditionibus extraneis & Regnis Septentrionalibus, uti in Regno Sueciæ, non ſit receptum. In Palatinatu autem inferiore ſic dicti Reformati & A. C. addicti per transactionem ſub authoritate Electoris Palatini initam, ultroneo conſenſu An. MDCXCVI. in id convenerunt, quod perpetuo cum Catholicis quoad celebrationem Paſchatis & aliorum inde pendentium feſtorum Calendario Gregoriano uti velint. Et, quod maximi momenti eſt, Rex ipſe Potentiſſimus Boruſſiæ anno MDCCXLIV. ſubditis ſuis Sileſiacis & Regni Pruſſiani per Edictum Regium eandem Paſchatis celebrationem cum Catholicis injunxit. Quod ergo Rex ejusdem Religionis, & iiſdem conſcientiæ principiis imbutus, injungere potuit, quod ſubditi alii ſalva Religione ſua ultro acceptare potuerunt, non magis conſcientiæ repugnans etiam tum judicari poterit, quando Domini Territorialis Catholici authoritate imperatur.

XL. Atque idem quoque de Feriis Catholicorum ſubditis Proteſtanticis ſua cum moderatione injungendis judicium eſt. Feriationem enim hanc duplici ſub reſpectu conſiderari poſſe, expeditum eſt. *Proprie* dicta in celebratione ſolenni cultus divini, frequentatione Eccleſiæ, Miſſæ & concionum auditione ex principiis Catholicorum ad cultum & venerationem certi alicujus Sancti, aut ad gratias Deo pro donis ſingularibus eidem & per illum Eccleſiæ ſuæ collatis agendas directa conſiſtit. *Abuſive* vero dicta in ſola abſtinentia a laboribus abſolvitur & concluditur. Feriationis primo ſenſu acceptæ præceptum utique adverſum principiis Religionis & Conſcientiæ ſubditorum facile demonſtratur. Huic

enim vis utique fieret, ſi eos cultu publico proſequendos exigeret, quos ſubditi pro Sanctis non reputant, imo dum ſubditi nemini unquam præter Chriſtum cultum religioſum deferri poſſe credunt: quemadmodum etiam Catholici conſcientiis ſuis adverſum judicaturi eſſent, ſi eos Princeps Aug. Conf. addictus memoriam Lutheri, vel Reformationis ab hoc cœptæ omni cultus ſui apparatu celebrare juberet, eamque ob cauſam Deo gratias agere. Alia enim ratio eſt, cum jubentur ſubditi ejuſmodi diebus tantum ab operibus vacare, & ne Catholicorum devotioni impedimentum creent, ab externis laboribus, & negotiis, præcipue ſtridulis illis, inquietis & tumultuoſis, aut feſtivæ ſolennitati indecoris abſtinere. Ita enim celebratio feſti nihil prorſus, nequidem Eccleſiaſtici, multominus, quod Religionis intima & conſcientiam reſpiciat, continet. Neque videri poteſt, cujus rei accuſari Princeps poſſit, qui ſuis ſuorumque ſacris hoc pacto incommodari nolit a ſubditis diverſæ Religionis, quos de cœtero ſuæ libertati & ritibus permittit. Vacationes ab operibus & laboribus indicere, ad Jura potius Summi Imperii referri debet; nam indubitatæ ſunt plures aliæ cauſæ, ob quas tales vacationes injungere, Principi competit, ut propter relatam victoriam, Nativitatem Principis, ſolennitatem nuptialem, aut alia læta Domus Principalis ſolennia, cur non idem ea de cauſa poſſit, ut & ipſe & ſuæ Religionis conſortes quiete & abſque impedimento Sacris & devotioni ſuæ vacare poſſint, idque non tam in honorem diei aut Sancti alicujus, quam in Principis reverentiam & obſequium, qui id imperavit. Atque habita duplicis iſtius intuitus ratione æquitatem hanc agnove-

runt

runt ipſimet Proteſtantes ſubditi in Receſſu Hildeſienſi noviſſimo de anno MDCCXI. ubi §. XII. ita cavetur: Es ſollen auch der A. C. zugethane die Catholiſchen Feyertäge mit zu feyren keinesweegs angeſtrenget werden; jedoch aber, wenn an einem Catholiſchen Ort ein oder ander der A. C. zugethane wohnen, ſollen dieſelben ſchuldig ſeyn, von aller groben Hand- und Feld-Arbeit ſich an den Catholiſchen Feyertägen zu enthalten, wie denn auch gleichergeſtallt die Catholiſchen, ſo an Orten A. C. wohnen, an den Feyer- und Bett-Tagen A. C. keine gröbe Arbeit, thuen, auch an ſolchen Feyer- und Bett-Tagen die der A. C. zugethane zu keinen Dienſten bey denen Aemtern und Gerichten vorbeladen, noch angehalten werden ſollen. Et in Palatinatu inferiore anno MDCC, ubi Principe Electore ferias Proteſtantium ſolennes & dies precationum ſtatas ad Ferias etiam Catholicorum, majoris ſubditorum uniformitatis & quietis cauſa, transferente, graviſſimæ inde querelæ (an Jure, an injuria, & non potius per indignam quandam æmulationem? non diſcutimus) motæ & ad Comitia relatæ fuerunt, tandem eodem ſupradicto moderamine a Rege Poruſſiæ ſuggeſto, Electore etiam tantiſper tempori cedente, ſublatæ fuerunt, uti conſtat ex publico Decreto ejusdem Electoris JOANNIS WILHELMI de XI. Novembris MDCCV. a FABRO Tom. X. der Staats-Canzley pag. 803. relato, in quo de Feriis hæc habentur: Es ſoll auch den Evangeliſchen, ſo Reformirten, als Lutheriſchen in denen Städten und denen Häuſſern, bey verſchloſſenen Buden, Thüren, Laden und Fenſtern auf Catholiſchen Feſt-Tägen zu arbeiten erlaubt ſeyn, und ſollen ſie deßwegen keine Inquiſition und Beſtraffung zu be-

befürchten haben, jedoch ſollen die Grobſchmied (auſſer was für die Reiſende nöthiger weis beſchiehet) und andere Handwercker, welche ein groſſes Gethöne machen, auf dieſe Täge offentlich nichts verfertigen. Es ſtehet denen beyderſeits Augſpurgiſchen Confeßions-Verwandten frey auf ſothane Catholiſche Feyertäge offentliche Schul oder Catechiſationes zu halten, und iſt ihnen auch unverwehret ihre Monathliche Bett-Täge zu feyren. Decretas a Principe Proteſtantico ſupplicationes & dies ita dictos pœnitentiales indictos a ſubditis Catholicis recuſari non poſſe, ipſimet illi judicant, qui feriarum indictionem Catholico Principi denegare contendunt. Eadem itaque rationis paritas & mutua æqualitas id multo magis Principi Catholico reſpectu Proteſtantium ſubditorum attribuit, quorum alioquin principia Religionis laxiora majorem Domino Territoriali & Politico poteſtatem in Eccleſiaſticis relinquunt, cum econtra Catholicæ Religionis principia hic parciora eſſe ſoleant.

XLI. Multo magis vero hæc Principis Territorialis libera poteſtas ad prohibitionem eorum pertinet, quæ in ignominiam & injuriam Religionis, cui ipſe addictus eſt, vergunt, atque a ſubditis diſſentientibus attentari ſolent; quamvis etiam anni Normalis obſervantia illi ſubditi, qui tum Exercitio quodam gaviſi ſunt, ſe tueri vellent. Qualis rei exemplum præbere poſſet cantio illa communis: Erhalt uns HErr bey deinem Wort, und ſteuer des Pabſts- und Türcken-Mord. Alterum Catechiſmi illius Heidelbergenſis injurioſa Religioni Catholicæ quæſtio atque reſponſio manifeſtæ eandem Idololatriæ publice in conſpectu ipſiusmet Principis, imo & præfixa ejusdem Principis

cipis authoritate arguens, quondam exhibuit, quo etiam varia ejus generis alia reducuntur. Hæc talia prohibendo Princeps ſuæ quidem Religionis, ſuumque honorem, conformiter Inſtrumento Pacis omnem deſpicatum, ignominiam, multoque magis calumniam diſtricte prohibenti, defendit, nihil vero adverſum conſcientiæ ſubditis diſſentientibus injungit. Sive enim formula iſta; Steure des Pabſtes Mord: publico in conventu cantetur, ſive non, nihil inde contrarium conſcientiæ, aut Auguſtanæ Confeſſioni ſequitur. Sicut enim hæc calumnioſam ejusmodi formulam non imperat aut præcipit; ita neque ſubditos eandem omittendo A. C. aliquid adverſum committere, neque pejores inde Chriſtianos evadere, in aprico eſt.

Confer. THOMAS: *de Jure Princ. circa adiaphor. Cap. I.* §. II.

XLII. Cœteri, qui ex eadem tolerantia ſubditis, etiam poſt P. W. a Domini Religione diſcedentibus, per Legem publicam atque pacificationem hanc Religioſam ſtabilita conſequuntur, effectus omnes *mere politici* ſunt, & non tam ipſam *conſcientiam* atque *Religionem*, quam civilem Jurium quorumcunque participationem *proxime*, Religionem autem nonniſi *conſecutive*, concernunt. Ex denegatione enim tolerantiæ duri ſatis ac triſtes profluere effectus civiles ſolent, & quidem in genere, quod ii, tanquam reputati Hæretici, non æquali Jurium cum cœteris ſubditis, orthodoxæ Religioni adhærentibus, communione, nec eadem Principum protectione, nec plena Pacis civilis integritate gaudeant, ſed ſervato ſaltem moderamine, in DISSERT. priori DOGMAT. CANON. *de eo, quod circa Libertatem in negotio Relig. ex Lege divina juſtum eſt*, Cap. XI.

aſſerto

aſſerto, expelli, & aliis malis ſat gravibus affici poſſint. Ii omnes ex ſola fere excommunicatione, quæ inter pœnas Hæreticorum primum facile locum tenuit ſemper, promanabant. Hac enim a reliquo fidelium corpore reſcindebantur; atque ita primario uſu & participatione bonorum ſpiritualium a Chriſto tanquam Capite inviſibili, per diſpenſationem tamen Eccleſiæ tanquam fidelis & prudentis adminiſtræ, in omnes fideles veluti membra influentium, ex effato CHRISTI Ethnicis & Publicanis, civili tamen fidelium commercio neutiquam prohibitis, illos exæquantis atque parificantis, privabantur; ex Apoſtolica tamen diſciplina per PAULUM æque ac JOANNEM tradita, per ſubſequos Canones, concordibus ipſorummet Imperatorum pientiſſimorum Legibus adoptatos, roborata atque magis magisque extenſa eadem a Societate Eccleſiaſtica reſciſſio excluſionem quoque a Conſortio civili, & multorum Jurium, aliis Reipublicæ civibus communium, privationem involvebat, adeo, ut hi, quos Eccleſia excommunicaverat, extorribus & civiliter mortuis fere annumerarentur. *Leg.* 1. §. 1. *C. de Summa Trinitate.* Hinc mirum non eſt, quod tam infiniti effectus, infames & extorres alias concomitantes, inde promanarint; quorum aliquos duntaxat, notabiliores tamen, partim Eccleſiaſtico-Politicos, partim mere civiles adjungimus. Ita enim 1.) gradu omni Eccleſiaſtico excidunt, & totius Ordinis Eccleſiaſtici prærogativa ſpoliantur, omni Officio & Beneficio Eccleſiaſtico nudantur, eo cum effectu, ut non tantum Miniſterio ſacro non amplius præeſſe, ſed nec reditus mere temporales, cœteraque Jura ex Miniſterio illo pendentia percipere poſſint. 2.) Poſthac vero ad eadem tanquam irregulares & prorſus inhabiles

biles

biles promoveri nequeant; ſicut & 3.) deſcendentes eorum uſque ad ſecundum gradum lineæ paternæ, & primum maternæ rejiciuntur *Cap.* 15. *de Hæret. in VI.* Denique 4.) ſepultura etiam Eccleſiaſtica privantur, *Cap. ſicut* 8. & *Cap. Quicunque* 2. *pr. in VI.* In mere civilibus vero 1.) Infamia primum locum, reliquorum veluti fons, obtinet, quam per ſententiam ſaltem declaratoriam Judicis incurrunt. Inde 2.) a queiscunque officiis & honoribus, etiam mere ſæcularibus, excluduntur, & a poſtulando *Cap.* 13. §. *Credentes. de Hæret.* & officio Procuratoris, alioque civili, multo magis Judicis repelluntur. *Nov.* 45. *præf. in fin. L.* 18. *princ. Cod. de Hæret. L. ult. eod. de poſtul.*, tanquam indigni, qui ſtatum aliquem in Republica habeant. 3.) Teſtes contra Orthodoxos eſſe nequeunt, *Cap.* 1. *de Hæret.* 4.) Bona eorum poſt latam ſententiam confiſcanda ſunt, etiam poſt mortem eorum, ut nec filiis Orthodoxis reſerventur. *Cap.* 18. *de Hæret.* 5.) Patriam poteſtatem in Liberos amittunt. *Cap.* 2. *in f. de Hæret. in VI.* 6.) Hæreſis inter juſtas exhæredationis cauſas tam intuitu Patris, quam filii, recenſetur. *Nov.* 115. *Cap.* 3. §. 14. *&* *Cap.* 4. §. 8. 7.) Sunt excluſi ab omni ſucceſſione, id eſt, non poſſunt ſuccedere, nec ab inteſtato, nec ex Teſtamento. *L.* 19. *Cod. de Hæret.* nec legatum aut fidei commiſſum capere *L. ult. Cod. de Hæret. Nov.* 144. *Cap.* 1. (quæ abrogat Nov. 129.) Licet ſit Teſtamentum militis. *L.* 5. *Cod. de Teſt. Milit.* & ita 8.) neceſſario ſunt exhæredandi *Nov.* 115. *Cap.* 3. 9.) Mulieres Hæreticæ non gaudent privilegio dotis *Nov.* 109. *Cap.* 1. & Mulier ſcienter Hæretico nubens dotem amittit, eaque Fiſco applicanda venit, *Cap.* 14. *de Hæret. in VI.* 10.) Ob hæreſin ſponſa-

lia reſcinduntur, *L.* 16. *Cod. de Epiſcop. L.* 5. *Cod. de Sponſal. Cap.* 6. *de Divort.* 11.) Non gaudent appellationis & defenſionis beneficio, atque omnium Jurium aliorum & privilegiorum incapaces judicantur. Sed omnes hi effectus Civiles intuitu trium Religionum approbatarum ceſſant, atque per tolerantiam Lege publica etiam iis, qui nulla anni Normalis poſſeſſione tuti ſunt, aſſertam extinguuntur, qua potius imperatum eſt, ut tam *Catholici, quam A. C. ſubditi nullibi ob Religionem deſpicatui habeantur, nec a mercatorum, opificum, aut tribuum communione, hæreditatibus, legatis, Hoſpitalibus, Leproſoriis, Eleemoſynis, aliisve Juribus aut commerciis, multo minus publicis cœmeteriis, honoreve ſepulturæ arceantur; ſed in his ac ſimilibus pari cum concivibus jure habeantur, æquali juſtitia protectioneque tuti.* Vid. Inſtrum. P. O. A. V. §. 35.

XLIII. Ex quo & illud porro alterum conficitur generale principium, communi omnium Juris Romano-Germanici Publici conſultorum, tam Catholicorum, quam Proteſtantium, conſenſu firmatum, mutationem Religionis in Imperio & unius ex tribus ibidem toleratis aut receptis ſuſceptionem nequaquam modum eſſe honorem, famam, vel alia jura & bona antea præhabita aut debita amittendi, quamvis nec acquirendi, aut non amplius habita atque renuntiata recuperandi, ratio eſſe debeat. A quo principio generali unica deviat exceptio in *Reſervato Eccleſiaſtico* poſita, & per ipſam adeo Pacem Weſtphalicam confirmata. Quantis enim animorum contentionibus Proteſtantes tam in ipſa Pace Religioſa, quam poſtea ad Pacem Oſnabrugenſem uſque urſerint, mutantibus Religionem nec bona Eccleſiaſtica adimen-

men-

menda eſſe, vel ipſa dicti Reſervati Eccleſiaſtici hiſtoria docet. Illis tamen acerrime ſemper obſtiterunt Catholici, cenſentes, tali bonorum Eccleſiaſticorum retinendorum facultate maximum ſuæ Religioni inferri præjudicium, quin & extremum tandem timeri excidium, adeoque tam eos, qui ad Religionem Proteſtantium, tempore Pacem Religioſam ſubſecuto, jam tranſierant, quam illos, qui poſt P. W. eſſent tranſituri, omnibus Eccleſiaſticis bonis & honoribus privandos declararunt. Tandem in conventu Oſnabrugenſi res compoſita eſt, ut omnia ea bona, quæ anno MDCXXIV. die prima Januarii a Proteſtantibus jam fuerant poſſeſſa, etiam impoſterum imperturbate in eorum poſſeſſione manere debeant. Quoad caſus vero futuros adeo, nec latum unguem, cedere noluerunt, ut potius abſque circuitu dicerent: Sie hätten ſich reſolviret, lieber immerfort und ſo lang noch einer von Ihnen übrig wäre, den Krieg fortzuſetzen, ehe Sie dem Reſervato Eccleſiaſtico auch in futurum renunciiren wollten. Es wäre genug, daß ſie es quoad præterita gethan. Qua demum contradictione id obtinuerunt, ut quidem reſervatum hoc Eccleſiaſticum, tot antea impugnationibus obnoxium, quod Catholicis ſolis proprium, & in ſolum eorum favorem in Pace Relig. conceſſum fuerat, retineretur atque corroboraretur; ipſis tamen ſimul Proteſtantibus quoad Canonicatus, Præbendas, Dignitates, Prælaturas, Abbatias & Epiſcopatus, ipſis per Pacem hanc poſteriorem ſive Oſnabrugenſem tum ceſſos, æquali etiam jure communicaretur.

XLIV. Ab eadem porro renunciatione aut ceſſione prædicti Reſervati Eccleſiaſtici quoad præteritum per

Digitized by Google

Catholicos facta, diviſio Epiſcopatuum, Abbatiarum, & Præbendarum in Capitulis quibusdam, mixtis inde appellatis, ortum duxit, ut quædam Præbendæ eſſent perpetuo Proteſtantibus, quædam Catholicis addictæ: quin etiam numerus earundem in dictis Eccleſiis anni Decretorii & diei primæ Januarii ratione habita ſedulo ac ſollicite determinatus fuit. Et ſi alicubi alterutrius Religionis Capitulares aut Canonici plura beneficia expoſt facto poſſederint, quam anno MDCXXIV. die 1. Januar. habuerant, his quidem ſupernumerariis Præbendas ſuas ad vitam relinquendas eſſe cenſuerunt Paciſcentes, eo tamen cum effectu, *ut mortuis iisdem tam diu Catholicis A. C. addicti, & his Catholici ſuccederent, donec redintegratus fuerit utriusque Religionis Capitularium & Canonicorum numerus, qui die* 1. *Januarii anno MDCXXIV. fuerat.* Harum igitur in Præbendarum collatione & retentione ad Religionem alterutram neceſſario reſpiciendum eſt, ut alius easdem obtinere non poſſit, niſi eidem Religioni, quam ex poſſeſſione anni Normalis deſiderant, addictus. Eo ipſo vero, quod earundem poſſeſſor Religionem mutet, aliamque amplectatur, omni Jure ſuo antea præhabito, fama tamen & honore ſalvis, per tacitam veluti renuntiationem, Lege inductam, & ipſi mutationis Religionis facto annexam, excidat. Ex quo abunde patet, Regulam illam generalem ſuperius aſſertam in iis Juribus & rebus, quæ propiorem adhuc ad Eccleſiam reſpectum habent, & ab ejuſdem diſpenſatione aut favore pendent, ſuam adhuc hodie pati limitationem, & inhabilitatem Proteſtantium ad conſequenda beneficia Eccleſiaſtica Catholicorum hodiedum locum habere, quamdiu in Proteſtantismo morantur, ſervata tamen & hic mutua

Juri-

Jurium æqualitate, quamvis in facto pauciores exiſtant Præbendæ, dignitates & Prælaturæ Proteſtantibus addictæ, ſed id accidenti potius & poſſeſſioni eventuali eſt adſcribendum.

XLV. Quoad cœtera vero Jura mere *profana*, & nullum nequidem extrinſecum ad Eccleſiam reſpectum habentia, haud immerito inter *privata* & *publica* diſtinguitur. Atque ad hæc poſteriora tolerati ejusmodi non ſtatim habiles, aut ſi habiles, non idcirco neceſſario admittendi, in Territorio diſſentientis Religionis, exiſtimantur. Cum horum exercitium atque participationem tolerantia non tantum mere gratioſa, ſed etiam Pacto vel Lege inducta non ſtatim involvat. Qui enim ex mera & arbitraria Principis gratia, tanquam reprobatis ſectis addicti, tolerantur, adhuc tamen ſemper inviſi ſunt, neque ad officia publica idem cum aliis civibus Jus habent, cum ſecundum plurimorum locorum ordinationes ad Magiſtratus officia non admittantur, niſi Religioni in loco dominanti addicti fuerint. In Civitatibus Imperii mixtis ſpecialis ea exceptio conventa fuit, *I. P. A. V.* §. 8. *ſeqq.*, ut ex utraque Religione in Senatum admittendi ſint pari numero Senatores, quod utraque Religio in Imperio pari Jure frui debeat, & in iis Civitatibus æquale Dominium antehac habuerit. Aſt in aliis Civitatibus, in quibus alterutra duntaxat prævalet, vix alii admittuntur, quam qui dominanti addicti ſunt, quod etiam obſervat Knipschild *de Jur. Civit. Imper. Lib. II. Cap. VIII. n.* 131. Teſtatur quoque experientia in iis Territoriis, atque Imperii Provinciis, in quibus ſola Religio Proteſtantica prævaluit, ut in Saxonia, Electoratu Hannoverano & cœte-

ris, a muneribus quibusdam publicis Religioni Catholicæ addictos Lege etiam perpetua excludi, uti ſecundum *Ordin. Summi Tribun. Appell. Regis Brittan. P. I. Lib. I.* §. 3. non alii ſummo Tribunali intereſſe poſſunt, als welche der teutſchen Nation und der unveränderten Augſpurgiſchen Confeßion zugethan ſeynd. Imo hoc etiam Jure Catholici ſuis in provinciis uti ſolent. Quæ in re nequidem illi ſubditi, quo anni Normalis poſſeſſione tuti ſunt, aut Exercitium quoddam vel publicum vel privatum tum habuerunt, prærogativa quadam gaudent, multo minus illi, qui modo poſt Pacem concluſam Religionem mutant, & a Domino diſſentientem amplectuntur, quibus adeo illa etiam officia, quæ ex mera Principis gratia conceſſa, & ipſorum adminiſtrationi curæque commiſſa, ad nutum tamen amovibilia geſſerunt, adimi eo magis poſſunt, quod ipſam etiam emigrationem imperare Domini in arbitrio ſit poſitum, I. P. A. V. §. 36. Quam in rem obſervari omnino meretur, concluſum commune Seſſionis Proteſtantium publicæ die XX. Julii MDCXLVI. Monaſterii in puncto Gravaminum habitæ in verbis: Die Zuzieh ng berührter Evangeliſchen Unterthanen zu Ehren-Aemtern ſtehet in jedweder Obrigkeit Willkühr, nur daß Ihnen die Erbſchafften, Legata, und andere von der Religion nicht *dependirende Jura* und Sachen, weniger die Sepultur an ehrlichen, etwa dazu geordneten, Orten nicht verwehret, Ihnen auch ſonſten gleiches Recht und Schutz adminiſtriret und gehalten werde. Hingegen ſoll in beyder Religions-Verwandten Mächten und mero arbitrio ſtehen, einen neuen und vorhin daſelbſt nicht ni dergeſeſſenen Evangeliſchen oder Catholiſchen zum Unterthanen anzunehmen, oder nicht.

Conſ.

Conf. Mejern. *Act. P. W. P. III. Lib. XX. §. XXVIII. Num. III. pag.* 253.

XLVI. Jura dein alia privata quod attinet, ſive communia Imperii, ſive omnibus civibus & incolis ex Jure ipſo communi debita ſint; eorundem participatio ſubditis etiam poſt Pacem Weſtph. Religionem mutantibus & ex Pace hac publica tolerari juſſis adeo debetur, ut nec iis quoque, qui gratioſo duntaxat & arbitrario privilegio eandem obtinuerunt, denegari poſſit. Nec privilegium enim, multo minus pactum ejusmodi publicum ſuo debet effectu fruſtrari, atque prorſus evacuari, qui in eo non tantum conſiſtere debet, ne ejiciantur, ſed etiam ut tanquam ſubditi cœterorum ſubditorum adinſtar communi Jure fruantur. Quod enim Hæretici olim fuerint, & illi, qui in ſenſu Juris publici tales ſunt, hodiedum ſint ab uſu Juris communis excluſi, id inde fuerat, quod odio publico haberentur, eorumque credendi & agendi ratio Legibus publicis eſſet reprobata, adeoque Juris communis & Legis p rticipationem non mereretur. Odium autem illud publicum, ſuppoſito tolerantiæ privilegio, multo magis vero Lege & Pacto publico, ceſſant. Et ſicut nihil durius eſt, quam Juris communis uſu alicui interdicere, ita ejusdem conceſſio minimum eſt, quod ex tolerantia ſperari & inferri poſſit. Quid? quod Juribus etiam communibus ſpecialia & ſingularia, in Corpore tamen Juris, licet per modum exceptionis a Lege generali inductæ, clauſa atque contenta annumerari & æquiparari eatenus merentur; qualia ſunt privilegia militum, dotium, reſtitutionis in integrum, SC. Vellejanum, SC. Macedonianum, beneficia fidejuſſorum &c. &c.

Quam-

Quamvis enim is, cui Exercitium Juris communis conceditur, non ſtatim beneficiorum & jurium ſingularium uſum recuperet, qui ex natura privilegiorum ſpeciali conceſſione indigere videtur; Neque enim generalis conceſſio illa continet, atque ſub ſe complectitur, quæ ſpecialiter concedi debent; ſecus tamen eſt in iis privilegiis, aut Juribus ſingularibus, quæ generatim ſubditis qua talibus data ſunt. Et illa, quæ Collectioni Juris communis inſerta ſunt, ejus partem conſtituunt, omnibusque prodeſſe debent, quibus ad uſum Juris communis aditus patefactus eſt, nec ſpeciali conceſſione indigent. Quod ipſum etiam ad uſum Juris provincialis communem extendendum venit, ad quem nihil ulterius requiritur, quam ut quis inter ſubditos receptus ſit, niſi & hæc provincialia & illa Jura ſingularia per modum exceptionis, in Jure tamen communi clauſæ, conceſſa talia ſint, quæ in perſonam cadere non poſſunt, uti certa Jura peculiarem in ſubjecto ſtatum deſiderant, quo qui deſtituuntur, eorum uſu frui utique nequeunt.

XLVII. Alia denique ſunt Jura Civitatum locorumque propria & ſpecialia nullo Jure communi contenta. Atque ad hæc non alii admittuntur, quam cives legitime in civitatem recepti, non ſemper Incolæ, licet domicilium in loco habeant, ſed qui illis qualitatibus præditi ſunt, quas Statuta deſiderant. Quoad hæc vero gratioſam inter & neceſſariam tolerantiam merito diſtinguitur. Ita licet Judæi ex gratia Principis tolerentur, recipi tamen inter cives nequeunt, adeoque ab omni Jure ſpeciali civium, eorumque peculiari commercio excluſi ſunt. Idem quoque de Hæreticis in ſenſu Juris pub-

publici talibus, ſive qui reprobatam a Legibus Doctrinam ſectantur, dicendum, qui utut ex ſententia DD. Proteſtantium privilegio tolerantiæ expreſſo muniti a Principe forent, non tamen ea de cauſa aſpirare poſſint ad Jura civitatis & inter cives recipi, ſed magis incolæ illius loci, ubi degunt, cenſentur, omnium Jurium civibus propriorum extorres. Quorum autem tolerantia neceſſaria eſt, ſive quibus Lex ipſa publica & nunc P. W. ſanctio aſſiſtit, uti Proteſtantibus inter Catholicos, & Catholicis inter Proteſtantes, iis Jura etiam hæc propria & civitatum ſpecialia ſemel parta conſervantur, ne Religionis mutatio coarctetur, aut privationem Jurium antea habitorum quaſi pœnam ſentiat; quæ tamen non invenit, ea nec poſtmodum illis acquirit, aut, obſtante quippe ſemper expellendi Jure Domino Territoriali reſpectu horum ſalvo, tribuere poteſt.

XLVIII. Jurium porro communium ſupra dictorum ſumma quædam quaſi enumeratio continetur in I. P. W. A. V. §. 35. tanquam propria tolerantiæ iis, qui in anno Normali nullum ſive publicum ſive privatum ſuæ Religionis exercitium habuerunt, ſubditis conceſſæ ſede, tota tamen ad communem & pacificam ſubditorum tribus Religionibus in Imperio receptis addictorum cohabitationem ordinata & inſtituta. Inde generatim tanquam Pacis publicæ & Jurium communium omnium Imperii participationis effectus is ſtatuitur, nequis ſubditorum ejuſmodi ob Religionem deſpicatui aut contemptui habeatur: Quod potiſſimum eo contendit, ut nulli ex iiſdem Religioni nota quædam infamiæ, aut probroſa quæcunque nomina, idololatriæ convitia & cætera

Digitized by Google

ra ejuſmodi impingantur, imo nec hæreſeos appellatio in effectu Juris publici & Civilis objici poſſit. Siquidem Hæretici hoc in ſenſu, & eo cum effectu non ſunt, quicunque Religionem Legibus publicis non improbatam, ſed receptam & admiſſam profitentur. Unde & omnis violentia & via facti, ut alias, ita hic inter utramque partem prohibita & ſublata perpetuo dignoſcitur, *et, ne alterutra pars ſuæ Religioni adhærentium potentia ad deprimendam alteram abutatur*, aut ullo modo intuitu Religionis turbæ excitentur, aut impedimentum aliquod diſſentientibus inferatur, graviſſime vetatur; verbo: principiis ſtudium perſecutionis inculcantibus aut litium de Religione per ignem, ferrum, bonorum confiſcationem & violentiam publicam compoſitioni, ſive coactioni faventibus, locum nullum relinquendum eſſe ſtatuitur.

XLIX. Præterea Mercatorum, opificum, aut tribuum communionis ſpecialis mentio, tanquam ſublatæ prius infamiæ & deſpicatus ſequela, adjicitur. Iis enim, qui reprobatam alias a Legibus ſectam ſequebantur, non honoribus tantum & dignitatibus, ſed & ipſis honeſtis artibus atque opificiis exercendis interdictum fuiſſe, ex ſupradictis conſtat, tanquam hominibus prorſus indignis, qui ullum in Republica Statum haberent. Plurimum vero intereſſe omnium videbatur, ne cuiquam Religionis cauſa honeſta aut ſuſtentationis ſuæ per totam vitam quærendæ, aut Reipublicæ utiliter laboribus ſuis inſerviendi media ſubtraherentur. Unde non ad ea tantum loca, ubi tribus illis in Germania receptis adhuc Religionibus addicti inter ſe permixti vivunt, ſed etiam ad alia, ubi una tantum viget, vel dominatur, Lex ea-

dem

dem tanquam generalibus verbis concepta, extenditur, atque illis imprimis opitulatur, qui ex opificum numero ſub appellatione ſociorum exercendæ artis ſuæ cauſa peregrinatur. Illi enim Catholicæ Religioni addicti in locis Proteſtanticis a quodam forte Opifice, Magiſtro dicto, conducti fama integra ibi etiam agunt, atque tribuum & diverſoriorum pari Jure cum ſociis Proteſtanticis ſunt participes, quin ſicui Patrifamilias videretur filium ſuum in ſacris Proteſtantium inſtitutum Opifici Catholico locare ad artem diſcendam, iſque eum ſive pacta mercede, uti plerumque fit, ſive gratis erudiendum receperit, in Magiſtratus poteſtate haud erit, ut conventionem illam ob Religionis odium reſcindat, atque conductorem jubeat juvenem dimittere. Huc enim potiſſimum ſummorum Paciſcentium mentem reſpexiſſe, ipſa Proteſtantium petita in Gravaminibus ab initio Tractatuum exhibitis, Gravam. nimirum III., contenta ſatis teſtantur in verbis: Jngleichen auch den Lehrjungen weder Gebuhrts- noch Lehr-Brieffe, und andere nothdürftige Atteſtationes abgefolget werden... andere unzähliqe grauſame Preſſuren, alſo daß man ſie an vielen Orten von ihren hergebrachten Ehrenſtellen, Aemtern, Handwercken, Handwercker Recht, und Gerechtigkeiten zu mercklicher Beſchimpffung der ſämtlichen Evangeliſchen Glaubensgenoſſenen removiret und verſtoſſen, zugeſchweigen, welche alle dahin angeſehen, durch ſolche Schmach und Untertruckung die armen unſchuldigen Leuthe und deren verſtorbenen Erben zum Abfall zu zwingen.

L. Ulterior Juris communis uſus in Teſtamentis maxime & ultimis voluntatibus, uti & ſucceſſionibus ſe-

Digitized by Google

ſe exerit. Succeſſio enim vel teſtamentaria, vel legitima eſt. Illa defertur & acquiritur per Teſtamentum; Hæc vero ab inteſtato ex diſpoſitione ipſa Legis, deficiente hominis proviſione, defertur; Si vel Teſtamentum nullum conditum fuerit, vel conditum effectu ſuo deſtituatur, veluti, conficiatur ab eo, qui Teſtamenti factionem activam non habet, vel ſi inſtituatur perſona, cum qua Teſtamenti factio paſſiva non eſt. Utriuſque incapaces declarati fuerant Jure communi ii, qui, relicto vero orthodoxæ Religionis cultu, Hæreſin, ſive dogmata Legibus reprobata ſectati fuerant, ut ſcilicet per bonorum ſuorum publicationem teſtandi liberam facultatem amitterent, & ſuprema illorum voluntas ipſo Jure nulla eſſet, ſive Teſtamento ſive Codicillo, ſive alio quocunque genere concepta fuiſſet, neque etiam, inſtitui licet ab iis, qui Jus teſtandi habent, aut ad hæreditatem ex Legis diſpoſitione alias, præciſa hæreſi, debitam admitterentur. Utraque autem inhabilitas nunc ceſſat, & leges omnes eandem ſtatuentes, utpote quæ Doctrinam a Legibus reprobatam ſupponunt, nunc ceſſant, & tribus in Imperio per Leges receptis Religionibus inapplicabiles ſunt, adeo, ut hæres diſſentienti a Domino Territoriali Religioni addictus a defuncto quocunque inſtitutus, aut etiam ab inteſtato ſuccedendi Jus habens, nunquam a Judice ob ſolam Religionis diverſitatem tanquam inhabilis rejici poſſit. Atque idem Juris circa exhæredationem ſtatuendum eſt, cujus inter cauſas Lege determinatas expreſſe refertur hæreſis; huic enim ſi adhærere Liberos Orthodoxi parentes cognoverint, licentia ipſis a Jure communi conceſſa eſt, eos tanquam ingratos hac de cauſa exhæredes in teſtamento ſuo ſcribendi. Et quidem ſi pravitas iſta hæretica per ſe ſit notoria, ne quidem

dem opus eſt, ut ceu exhæredationis cauſa nominatim teſtamento exprimatur, aut ab hærede probetur, quod alias fieri neceſſe eſt; neque enim ullum remedium datur hujusmodi liberis ad reſcindendum teſtamentum, aut hæreditatem paternam alio modo conſequendam; quia etiam, diſpoſitione licet nulla prorſus facta, ab omni ſucceſſione, ſeveritate legum, excluſi, acquieſcere nihilominus debuiſſent. Sed & hic Hæreticis Catholici in Territoriis Proteſtanticis, aut Proteſtantes in Catholicis, unione & confœderatione civili ſaltem per Pacem Oſnabrugenſem inter ipſos inita, quoad actus hoſce civiles & Politicos, accenſeri nequeunt. Ex quo ſua ſponte fluit, quod Pater A. C. addictus filium in eadem Religione educatum, propterea exhæredare non poſſit, quod ad Catholicam Religionem tranſierit, ne ſcilicet hoc modo libertas Religionis reſtringatur, quod omnino fieret, ſi liberi ob ejus mutationem, legibus permittentibus factam, incurrerent pœnam vel damnum, & a facultatibus paternis excluderentur. Si vero Pater ob mutatam a filiis Religionem id attentaſſet, integrum erit iſtis Teſtamentum tale, tanquam inofficioſum per querelam inofficioſi infringere.

LI. Recte autem hoc ad totalem duntaxat ab omnibus bonis excluſionem reſtringitur. Nam ſi legitima ſaltem filio a Religione paterna recedenti relicta, reliqua vero portio alias ipſi competens a Patre adempta fuerit, querela inofficioſi Teſtamentum infirmari non poterit, ſed acquieſcendum ipſi erit in diſpoſitione Patris. Cum enim alias cuivis liberum ſit, relicta liberis etiam non delinquentibus legitima, de cœteris bonis liberrime diſponere, *L. 8. pr. Cod. de inoff. teſt. L. 10. Cod. famil. Erciſc.*

multominus hoc caſu Patri graviter læſum ſeſe exiſtimanti invidendum erit, quominus iræ ſuæ aliquantum indulgeat, & ad hoc animadvertendi genus prolabatur. Atque hæc ita ſe habent ratione temporum noſtrorum, & Syſtematis Imperii R. G. ex tribus Religionibus mixti habita, qua quælibet ex tribus iſtis ibidem receptis æquali Jure & privilegiis gaudere debet, adeoque liberi propterea, quod ad aliam Religionem tranſierint, Jus ſucceſſionis ab inteſtato alias debitæ & legitimæ non amittant, ob libertatem ſcilicet cuivis hac in parte conceſſam, quæ non permittit, ut ideo quis Juribus ſibi debitis & competentibus privetur. Ne tamen lucroſa etiam præter intentum ſummorum Paciſcentium efficiatur, in bonis alias indebitis liberrimam alioquin Patris diſponendi facultatem non reſtringit, aut coarctat, ſed eadem, quæ a liberis in in mutanda Religione prætenditur, libertas conſcientiæ eodem Jure a Patre prætendetur, ne ultra, quam Legis publicæ debito excuſetur, alienæ Religioni favendo, & ſic factum liberorum tacite approbando, eosque in erronea opinione obfirmando, ſuam ipſe lædat conſcientiam, atque Religionem.

LII. Ex eadem quoque ratione favoris indebiti prono velut alveo ſequitur, Patrem teſtando de bonis ultra legitimam, & alium quemcunque Teſtatorem hæredem quemcunque alium non neceſſarium ſcribendo aut Legatum relinquendo poſſe hanc ſuam beneficientiam adjectione conditionum onerare. Atque hæc ſi forte hunc in modum concepta fuerit, ut tum demum hæreditatem vel Legatum filius aut quiſcunque alius hæres vel Legatarius conſequatur, ſi relicta religione, quam hactenus

pro-

profeſſus fuit, aliam amplectatur; ſua haud difficultate caret. Et de Jure quidem civili diſtinguendum erit, an conditio inſtitutioni adjecta converſionem ad fidem Orthodoxam, an vero averſionem ab eadem ſapiat. Priori modo dubium non eſt, quin conditio valide adjiciatur, & is, cui ea imponitur, hæres eſſe non poſſit, priusquam eam adimpleverit, *arg. L.* 4. §. 6. *& Auth. Credentes Cod. de Hæret.* Poſteriori modo conditio pro turpi & moraliter impoſſibili, adeoque, cum hæc in ultimis voluntatibus vitietur, nequaquam vero ipſas vitiet, pro non adjecta habetur. Idipſum moribus etiam hodiernis locum obtinet, ſi Religionis mutandæ conditio in favorem Religionis ejusmodi adjecta fuerit, quæ a tribus receptis in Imperio deviat. Verum ſi haſce tres inter mutatio a Teſtatore per conditionem adjectam imperata ſubſiſtat, adimplenda illa neceſſario erit, ſecus omnis diſpoſitionis ultimæ effectus negandus. Siquidem conditionis omnis ea vis & natura eſſe ſolet, ut actum, cui adjicitur, ſuſpendat, donec, ea impleta, ſeu exiſtente, confirmetur; deficiente vero prorſus reddatur inutilis atque irritus; ex quo neceſſario conſequitur, hæredem aut Legatarium, neglecta conditione, hæreditatis aut Legati participem quoque fieri non poſſe, niſi eam impiam, vel alias impoſſibilem demonſtraverit; quæ tamen probatio utique præſenti in caſu ſemper deficiet, cum quælibet harum Religionum conſtitutionibus Imperii firmata ſit, & ubique in Imperio, ſalva cujusvis exiſtimatione, toleretur; atque ita neutra quoad effectus civiles (quo pertinet illa ex ultimis voluntatibus in bona defunctorum ſucceſſio) & pro foro externo turpis nequaquam habenda ſit; ne alioquin ob mutationem aut retentionem ſuæ Religionis

con-

contra expreſſum §phi 35. A. V. Inſtr. Pac. literam quisquam deſpicatui habeatur, quidquid demum pro foro interno cenſendum ſit, neque negari poſſit, maximopere lædi pietatem & conſcientiam ejus, qui, poſtpoſita inanibus divitiis propria animæ ſalute, veritatem ſemel agnitam deferit, & econtra Religionem, quam ceu erroneam ſuæ hactenus adverſantem agnovit, hoc ſolo intuitu amplectitur. Sed bonos mores hic civiles intelligimus, & Jus ipſum, ex quo illi dijudicandi ſunt, non divinum, aut Canonicum, ſed Publicum Imperii eſſe dignoſcitur. Huic autem Juri conditio ejusmodi contraria non eſt, cum utraque Religio tam Catholica, quam Proteſtantica eodem permiſſa ſit. Multo autem minus turpis eſt, aut bonis moribus repugnat, cum turpe illud dici non poſſit, quod fit Legis authoritate & permiſſu; imo ex opinione & Judicio ejus loci, de cujus moribus controvertitur, boni & mali mores diſcriminandi ſunt. Jam autem utriuſque Religionis colendæ morem in Imperio R. G. approbatum eſſe conſtat. Concludendum ergo, prædictam conditionem deferendæ Religionis injunctam a Legatario licite pro foro externo impleri poſſe, adeoque, ſi modo Legati capax eſſe velit, etiam debere. Neque ex parte teſtatoris imperantis major quædam turpitudo ſe tenet. Siquidem pie omnino & ſecundum conſcientiam ſuam agit, qui alterum ab erroribus avertere, & ad ſuam Religionem, quam quisque veram & optimam eſſe credit, allicere laborat. Neque medium hunc finem obtinendi (uti in Dissert. Dogm. Canon. *De eo, quod circa libertatem in negotio Religionis ex Lege divina juſtum eſt, Cap. XI. §. XXXV.* latius deductum fuit) turpitudinem quandam continet, aut indignum Religione, tanquam

bono

bono ſpirituali, cenſeri poterit, dum hæreditas aut Legatum, non ut pretium, vel merces ſuſceptæ vel retentæ Religionis, ſed potius eo fine offeratur, ut favore impenſo, & lucri ſpe animus hæredis aut Legatarii mitigetur, & ſepoſitis ſiniſtris præjudiciis, odio præfertim alienæ Religionis irrationabili, ac paſſionibus vacuus, aut ſublato curarum temporalium impedimento, veritatem diligentius ſcrutetur, & ad perſuaſiones ſalutares & convictiones avidius excipiendas attentior reddatur, hiſque præviis errorem agnitum ex fundo cordis deteſtetur, & fide non ficta veritatem ſuſcipiat, ſuſceptamve alacri & immobili conſtantia tueatur.

LIII. Idem porro, quod de ultimis voluntatibus hactenus expoſitum fuit, etiam de Hoſpitalibus, Leproſoriis, & eleemoſynis judicandum erit; ſiquidem ingens hic differentia inter ea conſtituenda eſt, quæ in anno Normali jam ſubditi Proteſtantes incoluerunt, & inter ea, quæ eorum tum poſſeſſione vacua, aut modo poſtea a Catholicis fundatoribus, ſive adjecta ſolius Religionis Catholicæ conditione, ſive, hac etiam omiſſa, conſtructa fuerunt, libero tamen admiſſionis Jure, Catholico vel Magiſtratui vel Domino Territoriali relicto. Sic enim ſubditorum nemo Jus aliquod præcipuum in illa habet, ſed totum ex gratia, & libero Magiſtratus vel Domini arbitrio pendet, ſive dein ſubditi diſſentientes jam in anno Normali in Territorio cum Exercitii cujusdam vel publici vel privati poſſeſſione extiterint, ſive modo poſtea a Religione Domini diſceſſerint. Neutri ex Jure quandam hic prærogativam, aut ſui admiſſionem urgere aut prætendere poterunt. Idipſum enim Proteſtantium quoque

Digitized by Google

Magiſtratuum & Dominorum praxis & exempla teſtantur, cum teſte HENNIGES *in Medit. ad Inſtr. P. Art. V.* §. 35. *pag.* 524. nequidem apud ipſos Hoſpitalia, Leproſoria, & eleemoſynæ fundatæ ſic indiſcrete omnibus pateant, ut nulla prorſus Religionis habeatur ratio. Quod ipſum Apoſtoli PAULI authoritate juſtificare etiam conantur, qui in omnes quidem, maxime tamen in Domeſticos & conſortes fidei noſtræ, beneficos nos eſſe jubet. Unde de iis potius Hoſpitalibus hæc Pac. Weſtph. ſanctio intelligitur, ubi Jus admittendi ad Magiſtratum forſan, aut alium ſubditum Proteſtanticum ſub Domino Catholico pertinet, aut ubi certæ cuidam familiæ Jus quoddam paſſivum competit, ne ab his præſentatus, aut de illa familia oriundus propter ſolam Religionem excludatur. Quid? quod & hic ſi ſummo jure Dominus Territorialis uti voluerit, ſubditum ejusmodi nullo Exercitio vel publico, vel privato, in anno Normali gaviſum, cui propterea emigrationem imperare non prohibetur, etſi forte ad integram quidem redituum aut præbendæ ſingulis præbendariis debitæ perceptionem illi, ubicunque locorum exciterit, ſubminiſtrandam, non tamen ad ipſam quoque habitationem communem admittere compellitur.

LIV. Idem dicendum de aliis Juribus, atque commerciis mutuis, inter ſubditos diverſarum Religionum per Legem eandem publicam ſtabilitis. Unde Proteſtantes ejusmodi poſſunt teſtimonium perhibere, Judicis, Notarii, Procuratoris & Advocati munus ſubire, non obſtante *Lege* 4. §. 5. *Cod. de Hæret. & Manich.*, diſponente de Manichæis in Hæreticorum indicem tum temporis relatis, vel *Cap. I. de Teſtibus & atteſtat.*, quod fideles tantum &

Catho-

Catholicos ad teſtimonium ferendum admittit. & *L.* 15. *Cod. de Epiſc. aud.* nemini permittente, ut accedat ad togatorum conſortium, niſi Ss. Catholicæ Religionis myſteriis fuerit imbutus. Quo etiam pertinet, *L. fin. Cod. de Poſtul.* & *Nov.* 144. *Cap.* 2. Hæ vero Leges per recentiores correctæ ſunt, & A. C. addicti jam per *Ordin. Camer. de anno MDLV. P. I. Tit. XVIII.* §. 1. *uti* & *Tit. III.* §. 3. ad hæc munera habiles declarati fuere, quibus poſtea per I. P. O. etiam Reformati ita dicti acceſſerunt, & æquiparati ſunt. Cujus habilitatis ille eſt effectus, ut legitime in tali munere conſtituti nulla partium exceptione repelli, neque ideo geſta illorum & acta judicialia reſcindi aut irritari poſſint. Sicut autem habilitas ſola non ſufficit, ſed & admiſſio, legitima authoritate facta, requiritur, nemo Princeps diſſentientis Religionis Lege hac eadem adigitur, ut neceſſario eoſdem adhibeat, & muneribus ejusmodi publicis applicet, utpote quorum conſtitutio libero Juris Territorialis arbitrio commiſſa ſemper dignoſcitur, uti jam ſuperius §. XLII. idipſum ex ipſa Proteſtantium Legatorum in Tractatibus P. W. ſententia præoccupatum fuit.

LV. Inter alia vero commercia, in quibus Proteſtantes per tolerantiam Pace ſtabilitam Catholicis æquiparati fuere, Jus connubiorum ſpecialem quoque notam meretur, quo etiam Proteſtantes in univerſo fruuntur Imperio, ita, ut eoſdem apud ipſos effectus producat, quos matrimonia Catholicorum, ſive Legitimitatem, aut Legitimationem prolium, ſive earum in bonis parentum, tam allodialibus, quam feudalibus, ſive mutuam conjugum inter ſe, attento tum Jure communi, tum

provinciali, ſucceſſionem ſpectemus. Nam & hic mutua & exacta inter ipſos & Catholicos æqualitas eſt ſervanda. Neque moratur, quod illa cum impedimentis etiam dirimentibus, Lege mere Eccleſiaſtica conſtitutis inita fuerint, quæ tamen ipſi ſecundum principia ſuæ Religionis non agnoſcunt, aut admittunt. Quoad effectus enim hujusmodi civiles ſaltem & politicos ex Lege publica Imperii res eſt expedita, eadem attendenda non eſſe. Et ſicut alias bona fides unius etiam contrahentis hac in re tantum præſtat, quantum ipſa veritas; ita etiam ille eorundem ab Eccleſia diſſenſus aut error, eatenus altem ſuffragante eadem Lege publica, bonæ fidei loco habetur. Imo quamvis in quibusdam impedimentis, Lege licet mere poſitiva conſtitutis, nobiſcum conveniant, ſi tamen talia ſint, quæ apud ipſos diſpenſabilia, & venia Principis remiſſibilia exiſtimantur, eadem quoque remiſſio a Principe adeo Catholico indulgeri poterit. Neque ullam idcirco in Lege Eccleſiaſtica relaxanda poteſtatem Principi aſſerere aut nos volumus, aut arrogare ſibi ipſemet cogitat, dum ejusmodi diſpenſationis ac relaxationis non major effectus erit, niſi in politicis, qui alias matrimoniis Proteſtantium cum venia Principum ſuæ Religioni addictorum initis ſolet attribui. Unde & nihil Princeps Catholicus ſuæ conſcientiæ aut Religioni Catholicæ contrarium attentaſſe creditur, cum nequaquam conſcientiam ita contrahentium ſecuram reddere, ſed effectus tantum civiles, immunitatem a pœnis in nuptias inceſtuoſas alias conſtitutis, & legitimitatem prolis indulgere atque permittere, & ita contrahentes clementer & benigne tolerare intendit. Et quod plus eſt, cum diſpenſatio ſæpe non mera gratia

pror-

prorſus arbitraria, ſed quandoque, ubi cauſæ graves ſubſunt, etiam neceſſario ex debito officii, ſuffragantibus adeo Canonicis conſtitutionibus, eſt impertienda; ita, ubi tales cauſæ ſubdito Catholici Principis Proteſtantico ſuffragantur, ex quibus ab alio Principe ſuæ Religioni addicto diſpenſationem obtinere poſſet, & alii ſolerent; neque ille facile poterit eandem denegare, ne & ſubditus ſecus, quam ſecundum principia ſuæ Religionis debeat, a Principe Catholico dijudicetur. Quæ omnia pro foro ſaltem externo effectus ſuos civiles nanciſcentur, quidquid pro foro interno conſcientiæ de valore matrimoniorum ejusmodi cenſeatur. Id quod ex præjudiciali alias Quæſtione generali: *An de facto etiamnum Proteſtantes Legibus Eccleſiæ connubialibus irritantibus ligentur?* in Theologia aut Jure Canonico alias diſcuti ſolita pendere videtur. Si enim generatim Leges illas, ex defectu conditionum ad obligationem Legis alias neceſſariarum, videlicet tanquam impoſſibiles ſeu impracticabiles, ſpectato hodierno tolerantiæ neceſſariæ, & præſertim qualificatæ, in Imperio per Leges publicas conceſſæ ſyſtemate, & ipſimet adeo Religioni Catholicæ nocivas, quietis publicæ haud raro turbativas ceſſare generatim ſtatuatur, idem quoque de impedimentis ejusmodi inter illos quidem etiamnum receptis, diſpenſabilibus tamen, erit ſentiendum. Unde non quidem Diſpenſatio ejusmodi virtute ſua propria & ex authoritate aut voluntate Principis Catholici diſpenſantis, ſed occaſione ejusdem ipſa potius conſuetudo ſupradicta generalis, Leges ejusmodi irritantes ceſſare faciens, in foro quoque conſcientiæ ſecuritatem, valorem ac perpetuitatem matrimonii inducet.

 LVI.

Digitized by Google

LVI. Quamobrem nec diverſitas Religionum repudii ad diſſolvenda ſponſalia argumentum & cauſam pro foro externo, & ſpectata Lege publica atque communi Imperii, prabet; multominus matrimonium ipſum per verba de præſenti jam contractum irritari propterea poterit. Periculoſa tamen illa eſſe, quæ cum diſparis Religionis perſona ineuntur, & matrimonia mixta inde dicuntur, ob periculum perverſionis (Theologice loquendo) & parti ipſi orthodoxæ, & proli in multas ſæpe generationes imminens, adeoque illicita, & ſemper diſſuadenda eſſe, utriusque Religionis Doctores atque Theologi omnes conſentiunt. Quod profecto periculum in Imperio Romano-Germanico adeo non ceſſat, ut potius per ipſam tolerantiam diverſarum Religionum, Legibus publicis ſuffultam, & Libertatem conſcientiarum, atque integram, ſalvis vita, fama, & bonis, ad aliam ſectam tranſeundi facultatem indultam multo magis augeatur. Metuendum enim haud vane eſt, ne fœmina blanditiis ſuis maritum, impetu amoris quandoque excœcatum, a vera Religione abſtrahat; aut ne, ſi fœmina perſuaſionibus mariti, quibus forte ad amplectendam Religionem ſuam illam flectere allaborat, pertinaciter conſtanterque renitatur, diſcordiæ inter ipſos, ex diſcordiis diſſidia, & ex his turbationes familiarum in turbas quandoque publicas deſituræ, & ex turbis majora adhucdum mala ipſimet quoque Reipublicæ enaſcantur. Honeſtam vero & piam ſobolis educationem & in orthodoxa Religione inſtitutionem ſperari vix poſſe, in propatulo eſt: dum enim quilibet natos ex ſeſe ſuæ Religioni accommodare ſtudet, contingit, ut non modo ob infirmitatem judicii, quæ teneram ætatem comitatur, in diverſas partes diſtracti, facile ad erroneam Sectam prolaban-

labantur, ſed & nova inde inter ipſos conjuges, dum neuter alteri cedit, diſcordiarum ſeges exurgat. Unde & pacta illa a contrahentibus de educatione Liberorum vel ita inſtituenda, ut omnes ex ſubſecuto matrimonio procreati Religione alterius tantum imbuantur, vel ita ut maſculi mariti, filiæ vero matris Religionem ſequantur, iniri ſolita multo magis in foro conſcientiæ vel non ſatis ſecura, vel plane illicita & peccaminoſa intelliguntur. Si enim ſoli Heterodoxo relinquatur, vulnera conſcientiæ nunquam non ſentiet, hæc talia permittens pars orthodoxa, toties vivacia, quoties intuebitur natos, quos ſua culpa periculo ſalutis perpetuo ſubjectos videt. Nec immunis erit a conſcientiæ morſibus, qui alteram partem Liberorum ſua Religione imbuendam pacto ſibi reſervavit, alteram vero erroneis dogmatis corrumpi permittit, de quibus acriter SERRARIUS *in Miſcell. p.* 74. ita diſſerit: „Non diſſimiles iſti videntur illis gentilibus, qui „filiorum ſuorum aliquos Idolis & Dæmonibus manci„pabant. Neque ab ea muliere abeſſe videntur, quæ apud „Salomonem alteri dicebat: *Nec mihi, nec tibi, ſed di„vidatur*; imo hujus quodammodo crudelitatem ſuperant. „Hæc non ſui, ſed alieni ventris fructum dividi vole„bat. Iſti fructum proprium, prolem propriam, divi„dunt, & unam quidem partem Chriſto in vera ipſius „Eccleſia & fide, alteram mendaciorum omnium Patri „extra eandem tribuunt.„ Quin licet tota educatio orthodoxo conjugi commiſſa fuerit, periculoſa tamen eſt, ob caſum mortis prævenientis metuendum, quo contingente, liberi ſuperſtitis parentis Heterodoxi diſciplina ſub falſa boni ſpecie depravati difficulter, ut ſupra dictum, ab erroribus ſeſe præſervabunt. Quæ omnia ti-

mora-

moratam certe conſcientiam abſterrere jure merito debebunt, ne in tam præſens ac manifeſtum ſalutis æternæ periculum & ſe & ſuos conjicere velit. Regula enim conſcientiæ jubet eligere certum præ incerto, interdictum vero Divinum certum eſt, ſperata converſio partis diſſentientis incerta, & plerumque inanis, imo ſæpe ſæpius temeraria quædam orthodoxæ partis decipula. Pro foro tamen externo & attenta Lege publica, ſi ſponſalia ejusmodi aut matrimonia inita fuerint, re non amplius integra, firma eadem habentur, nec ob ſolum Religionis intuitum temere diſſolvenda. Obtinere proinde debebit Regula in matrimonialibus alias frequentiſſima: Multa fieri prohibentur, quæ tamen ſi facta fuerint, roboris obtinent firmitatem.

LVII. Veruntamen mala illa *Num. anteced.* fuſius enarrata, & rationes prolixe recenſitæ, illa præſertim turbarum Reipublicæ imminentium, perſuadere jure merito Domino Territoriali poterunt, ut ob tanta incommoda, ex mixtis Matrimoniis oriri ſolita, quæ tolerare nec tenetur, nec, ſalva ſæpe Reipublicæ tranquillitate, poteſt, matrimonia illa mixta, quamvis Lege publica non prohibita inter Perſonas Religione diſpares, nequaquam obſtante tolerantiæ trium Religionum ſyſtemate, non tantum in locis puris, & iis perſonis, quibus emigrationem juſte imperare valet, ſed etiam aliis ſubditis poſſeſſione anni Normalis tutis ſpeciali Lege prohibere queat. Neque enim Lex ejusmodi libertatem matrimonium contrahendi plus juſto coarctaret, utpote quod cum ſuæ Religionis aſſeclis inire, integrum ſemper perſtat: neque præterea ad imparia diverſæ Religionis ſubditi, ut exinde in odium

Reli-

Religionis alterutrius Lex illa concepta eſſe argui queat, obligantur; ſed quod uni parti æquum eſt, id alteri quoque hac in cauſa juſtum exiſtat. Et conſuetudo, ſiqua viget, matrimonia ejusmodi ſine permiſſu ſaltem Magiſtratus non contrahendi, tanquam Legibus Imperii adverſa nequaquam eſt cenſenda. Ex quo neceſſaria quoque conſequentia deducitur, Dominum Territorialem authoritate ſua Territoriali juſte & multo potiori jure poſſe pactis illis antedictis intercedere, aut potius Lege quadam univerſali illa prævenire, qua omnium ejusmodi liberorum, ex mixtis illis matrimoniis procreatorum, educationem in Religione alterutrius ſecum conſentientis parentis, ſive Pater, ſive Mater fuerit, imperet. Sicut enim ex ſupra dictis matrimonia illa penitus & abſolute prohibere poteſt; ita multo magis duriuſculam hanc, ut primo obtutu apparere poſſet, conditionem iis, quæ venia Legis facta indulget, adjicere non prohibebitur. Hoc ipſum quoque de omnibus liberis matrimoniorum mixtorum in A. C. inſtituendis mandato Regio-Electorali in Saxonia conſtitutum refert FRIDER. BENED. CARPZOV. *in Diſſert. de Odio in matrim. impuria.* Quidni Catholicis Principibus, Libero Juris ſui Territorialis etiam in Eccleſiaſticis Exercitio pollentibus, idem licere arbitremur? cum quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque juſtum eſſe debeat.

LVIII. Poſtremo denique illis, quæ ex tolerantia mutua per Pacem ſtabilita enaſcuntur, Juribus jus, aut honor potius ſepulturæ annumeratur ejuſd. A. V. §. 35. in verbis: *Multo minus publicis cœmeteriis, honoreve ſepulturæ arceantur.* Qui, quod bene advertendum, generatim

Digitized by Google

honorem ſepulturæ aſſignat iis, qui unam ex tribus approbatis profitentur Religionem, non habita ratione, an Cœmeterii Jus anno MDCXXIV. habuerint, nec ne? Unde nec ii, qui modo poſt Pacem Weſtph. ad alia ſacra deſciſcunt, honore ſepulturæ privandi ſunt, ſi vel maxime nec ipſi, nec ſuæ Religionis conſortes Exercitium quoddam ibidem, ubi e vita diſcedunt, habuerint. Equidem Jus ſepulturæ annexum Exercitii Religionis liberi habetur; ſed hoc tantum ſenſu, ut proprium cœmeterii exſtruendi Jus habeant, qui publico tum fruiti ſunt Exercitio; non vero ut ab omni cœmeterio excludi debeant ii, qui anno MDCXXIV. nullum Religionis Exercitium ibidem habuerunt. Hoc tantum diſcriminis inter utroſque intercedit, quod iis, qui in anno ſupradicto cœmeterium publicum, vel privative & ſolitarie, vel tanquam commune una cum Catholicis poſſederunt, neceſſario etiam poſthac ad idem admitti debeant, nec, ſalva poſſeſſione ſua & Jure per Pacem ſtabilito, excludi poſſint. Intuitu vero illorum, qui hac poſſeſſione anni Normalis deſtituuntur, ſi integram quamdam communitatem, aut notabilem communitatis mixtæ partem conſtituant, in Domini arbitrio poſitum ſit, an ad idem illos cum Catholicis cœmeterium admittere, an vero aliud diſtinctum, autoritate tamen publica Domini, aut communitatis ſaltem conſenſu, ad ſolam cadaverum defunctorum receptionem deſtinandum conſtruendi veniam illis dare, aut propriis illud ſumptibus aſſignare voluerit: ſi vero ſinguli tantummodo ſint, eorum receptio in communi Catholicorum cœmeterio denegari non poterit. Sed cum honor ſepulturæ ſaltem illis aſſeratur, atque debitus ſit, nequaquam vero Eccleſiaſticam ſepulturam in ſanctitate ac bene-

dictio-

Digitized by Google

diſtione loci in precibus Eccleſiæ in ſuffragium animarum fundi ad Deum ſolitis conſiſtentem, quam tanquam vanam & inutilem derident, imo ſuperſtitioſam ſuis ex principiis damnant, nec ſuis ipſimet impendunt, hanc quoque prætendere neutri illorum poterunt. Sed ſatis abundeque honor ſepulturæ illis ſervabitur, ſi poſſeſſione anni Normalis deſtituti, cum comitatu quidem & externa pompa funebri, in communi quoque cœmeterio Catholicorum ad hoc deſtinato, in loco tamen diſtincto & ſeparato, pariter honeſto, non benedicto, inhumentur; aut ſi intermixti cum Catholicis, ut illi poſſeſſione anni Normalis tuti, collocentur; cœmeteriis integris non benedictis ſola Catholicorum ſepulchra, ante ipſum inhumationis actum, ritu moreque Catholico benedicantur. Plus enim ab ipſismet petitum non fuiſſe ex *Seſſ. Proteſtant. publ. die XX. Julii MDCXLVI. Monaſt.* habita

apud Mejern. *Tom. III. Lib. XX.* §. 28. *Num. III. pag.* 249.

colligitur, ubi Legatus Brandenburg-Culmbac. ita diſſerit. Ad 4. Es werden Catholici denen Evangelicis honorem ſepulturæ nicht verwehren, ſondern ſolchen Actum nur in geweyhten Orten nicht zulaſſen, darauf dann die Evangeliſche nicht gros achten, darum nur zuſehen, daß honorificus locus verſtattet werden möge: & in concluſo demum communi deſuper concepto ſepulturam in honeſtis atque eo deſtinatis, non dedicatis, locis, an ehrlichen etwa dazu geordneten Orten tantum non denegari reliqui omnes petierunt. Quam ob rem in Pace etiam ipſa nihil aliud, niſi ut *ab honore ſepulturæ non arceantur*, utriuſque partis placito fuit conventum. Imo hic ipſe

honor ſepulturæ cum in mero Politico conſiſtat, ſi diverſi ſepeliendi modi, ut de nocte, absque campanarum ſonitu, & cum reſtrictiore pompa ex more illius loci honorifici exiſtimentur, & ab ipſismet Religionis ibidem receptæ, aut, ut aliis loqui placet, Dominantis aſſeclis promiſcue uſitari ſoliti ſint; alterum ex his determinare Principi non eſt denegandum.

LIX. Atque hæc ſunt præcipua illa Jura ex tolerantia ſubditis trium Religionum in Imperio receptarum conſortibus, etiam iis, qui nullum in anno Normali Exercitium, vel publicum, vel privatum, habuere, debita promanantia, quæ ſicuti majoribus controverſiis, contradictionibus, & querelis impugnata quondam fuere, ita etiam ſpecialiori & expreſſiori Pacis litera diſerte enarrata atque explicata fuere: Sub quibus tamen & alia ſimilia, quorum tantummodo ſubditi ex ſtatu ſuo capaces ſunt, quamvis non diſerte expreſſa, obſervata tamen multiplici diſtinctione ſuperius præmiſſa, comprehendi conſtat ex generali illa clauſula §. 35. A. V. in fine adjecta: *In his & ſimilibus pari cum concivibus Jure habeantur, æquali Juſtitia protectioneque tuti.* Attamen hæc ipſa Jura non abſoluta & perpetua neceſſitate indulgenda eſſe ſubditis iis, qui nec publicum nec privatum ſuæ Religionis Exercitium in anno Normali habuerunt, vel etiam poſt Pacem publicatam Religionem mutaverunt, ſubſeq. ex §. 36. *A. V.* colligitur, qui tam iisdem ſubditis ſponte emigrandi, quam Domino vel Principi etiam emigrationem ſubditis vel invitis, citra ullam tamen afflictionem in bonis & Perſonis, imperandi facultatem tribuit. Unde & iſta emigratio

tio nequaquam aliquam pœnam includere, vel relegationem inferre cenſetur, ut potius in cit. §. 36. eis expreſſa libertas data ſit, vel bonis retentis, vel alienatis diſcedendi, retenta per Miniſtros, Religioni tamen in loco eodem receptæ addictos, adminiſtrandi, & quoties ratio id poſtulat, ad res ſuas inſpiciendas vel perſequendas, lites aut debita exigenda libere, & ſine Literis commeatus adveniendi & redeundi libertate. Alia enim via haud ſupereſt, *Artic. V.* §§. 34. & 35. de tolerandis ſubditis diſſentientibus cum §§. 36. & 37. de emigrationis neceſſitate inter ſe apte conciliandi, niſi ſtatuamus, in illis prioribus nihil aliud cautum videri, quam quo Jure quave libertate cives diſſentientes frui debeant, quos Principis tolerat indulgentia, aut quos termini pro emigratione præfiniti curſus etiamnum defendit.

LX. Hoc ipſo vero quod ſubditis diſſentientibus nullo Exercitio, nec publico, nec privato, potitis, vel poſt publicatam demum Pacem ad aliena a Domino ſacra tranſgreſſis emigratio, obſervatis tamen conditionibus, & terminis ibidem præfinitis, ſecundum diſpoſitionem Pacis Oſnabrugenſis injungi poſſit; Facile liquet, per indirectum multa licere Domino Territoriali in favorem propriæ Religionis ſuæ, quæ primo obtutu prohibita videri poſſent. Leniora plura reperiuntur media Religioni Domini multum proficua, nec tamen libertati tolerantiæ propterea noxia aut adverſa, quibus ſuam adhuc promovere, præferre, defendere & propagare poſſit, quin illam ſubditorum opprimere, aut perſequi exiſtimetur. Ita enim poterit muneri Advocatiæ & Pro-

Digitized by Google

tectionis veræ Religionis & Eccleſiæ Summæ Majeſtati, & Superioritati Territoriali ejusdem æmulæ indivulſe annexo ſatisfacere, ut tamen alteri Executoris P. W. & obſequioſi Legum publicarum cuſtodis neutiquam deſit. Atque hæc omnia ingenioſus potius, diſcretus tamen, & ſana ſcientia atque prudentia animatus zelus ſuggerere poterit, quam calamus hoc loco tanquam incongruo deſcribere valeat. Atque ne aliquam inde æqualitatis mutuæ inter tres Religiones in Imperio receptas perpetuo ſervandæ offenſionem incurrere videamur; id unum adjungimus, nec in eodem Jus talionis aut retorſionis a nobis improbari, aut ne idem Juris Proteſtantium Domini, cum Catholicis ſubditis ſuis nullo Exercitio in anno Normali gaviſis, aut Pace ſerius ad nos reverſis ſibi ſumant, prohiberi, cum & hic generalis Regulæ ſæpius inculcatæ haud immemores ſimus, illud, quod uni parti juſtum eſt, alteri quoque juſtum eſſe debere.

LXI. Quæ cum ita ſint, ſicut ex Superioribus Capitibus dilucide apparet, conceſſam ſummo Principum utriusque Religionis compaciſcentium beneficio ſubditis Exercitii in anno Normali habiti libertatem, violatis ſolius poſſeſſionis limitibus, tam accurate & ſollicite in §. 31. determinatis, ad Statum quemdam Religionis in abſtracto, & ut vocant habitualem, in ſummum Juris Reformandi Domino Territoriali non primo tum aſſerti, ſed ex communi per totum Imperium jam inde a ſic dictæ Reformationis exordiis uſitata praxi, & conformiter Paci Religioſæ continuati, & confirmati præjudicium, plus juſto per hodiernas neotericas Pacis ejusdem contorſiones

nes extendi; ita nec iſta reliquorum poſſeſſione anni Normalis deſtit.torum ſubditorum tolerantia illimitata prorſus eſt, ſed circumſcripta & limitata, itaque a ſubditis duntaxat expetenda, ut tamen Juribus ſummis Territorialibus non præjudicetur, & libero eorundem Exercitio per Pacem eandem ſtabilito non officiatur. Sed & hic contra infundatas ejusmodi ampliationes, & diſpendioſas communi etiam ærario extenſiones ſæpe ſæpius Domino Territoriali in Pace ipſa præſidium ſatis firmum ſupereſt, quo iniquæ, indiſcretæ, atque irreverentis plus petitionis ſubditos arguere, & hac illos exceptione repellere jure optimo poſſit.

VA1 1530816

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1406.
E.
36.

Digitized by Google